Utrecht University Library
Partner in Science
Universiteit Utrecht

Historia scholastica

https://hdl.handle.net/1874/327966



Hs.
4 J 15

Aevum medium.
Scriptores ecclesiast.
N°. 367

262 *(Eccl. 367, antea 282i.) Charta. 4°. 259 ff. quorum 13 vacant. Saec. XV.*

Petrus Comestor, Historia scholastica. Cum notis marginalibus.

Fol. 1b. Scolastica historia. Genesis. Reuerendo patri et domino suo gwilhelmo ... senonensi archiepiscopo. Petrus seruus cristi cet.

„Liber monasterij Sancti Pauli apostoli in Trajecto inferiori."

GERESTAUREERD KNOPS 18.12.2009

4 J 15

CIRE 212

Behandeling

Maart 1988

CAT. 262

tua

quam pr non

d. deus

Reverendo patri et domino suo Guilhelmo dei gratia Senonensi
archiepiscopo. Petrus servus Christi presbyter Trecensis vitam bo
nam et exitum beatum. Causa suscepti operis fuit instans pe
titio sociorum. Qui cum historiam sacre scripture in serie et glo
sis diffusam lectitarent brevem nimis et inexpositam opus
aggredi me compulerunt. ad quod pro veritate historie consequen
dam recurrerent. In quo sic animus stilo temperavit ut a dictis patrum non recederem licet
novitatis favorabilis sit et mulceat aures. A cosmographia
Moysi inchoans rivulum historicum deduxi usque ad ascensionem salvatoris. pe
lagus misteriorum peritioribus relinquens in quibus et vetera prosequi et nova cudere
licet. De historiis quoque ethnicorum quedam incidentia pro ratione temporum inserui instar
rivuli qui secus alveum diverticula que invenerit replens preterfluere tamen non ces
sat. Veritus pro stilo rudi opus esse lima. vobis pater tradere limam reservavi
ut hinc operi deo volente et correctio vestra splendorem et auctoritas publicet per
hennitatem. per omnia benedictus deus amen.

Incipit prologus epistole.

Imperatorie maiestatis est in palacio tres habere mansiones. Auditorium vel
consistorium in quo iura decernit. Cenaculum in quo cibaria distribuit. Thala
mum in quo quiescit. Ad hunc modum imperator noster id est Christus qui imperat ventis et mari
mundum habet pro auditorio ubi ad nutum eius omnia disponuntur. Unde propheta Celum
et terram ego impleo. Et secundum hanc dicitur dominus. Unde psalmus Domini est terra etc. Animam nostri pro
thalamo. quia delicie sunt ei ibi quiescere et esse cum filiis hominum. Et secundum hoc dicitur sponsus
et anima cum fidelibus nostri sponsa. Deinde scripturam pro cenaculo in quo sic suos inebriat
ut sobrios reddat. Unde ambulavimus in domo dei cum consensu id est in sacra scriptura
in ipsum sapientes. secundum hanc dicitur paterfamilias. cuius cenaculi sunt tres partes funda
mentum paries tectum. Historia fundamentum est cuius tres sunt species. an
nalis. kalendaria. effimera. **Incidens** Effimera est febris que tantum durat per diem
dicta a vino quod eadem die moritur qua nascitur. historia annalis est factum quod per an
num factum est. Kalendaria que in uno mense factum est id est factum aliquod insigne quod in uno mense
factum est. Effimera est quod in parte factum est id est uno die vel in parte mensis. hac similitudine
effimera est piscis qui eo die quo nascitur moritur. Allegoria est paries su
perimminens que per factum aliquod aliud factum figurat. Tropologia est doma culmini
suppositum que per id quod factum est quid a nobis sit faciendum insinuat. Prima planior
secunda acutior. tertia suavior. A fundamento loquendi sumamus principium. immo ab
ipsius fundamenti principio eo innuente qui omnium princeps est et principium.

De creatione empyrei celi et elementorum.

In principio erat verbum id est filius in patre. Et verbum erat principium
id est omnium creaturarum in quo pater filio. et per quod pater verbum. pater creavit mundum
Mundus quadrifarius modus dicitur. Dicitur quippe mundus empyreum celum quod est mundi
ciam. quippe sensibilis mundus qui a grecis pan. a latinis omne dictus est. quem
philosophi empyreum celum non cognoverunt. Dicitur quoque sola regio sublunaris mundus
dicitur quia hec sola animantia nobis nota habet. de qua princeps mundi huius eicietur foras.
Dicitur quoque etiam homo dicitur mundus quia in se totius mundi imaginem representat. Unde a domino omnis
creatura dictus est. et grecus ipsum microcosmum id est minorem mundum vocat. Cum
empyreum autem et sensibilem mundum et sublunarem regionem creavit hoc de nihilo de
nichilo fecit. hominem vero creavit id est plasmavit. De creatione quorum trium inquit
C. 1. legislator. In principio creavit deus celum et terram id est continens et contentum id est empy
reum celum et angelicam naturam. terram id est materiam omnium corporum id est quatuor elementa
que alimenta vel elementa vel plementa mundi sensibilis corporis constituere.
Quidam celum superiores partes mundi sensibilis intelligunt. Terram vero inferiores partes

et palpabiles. Hebreus habet eloym quod tam singulare quam plurale est, id est deus vel dii, quia tres persone unus deus creator est. Cum vero dixit moyses creavit, trium errores elidit: Platonis, Aristotilis, Epicuri. Plato dixit tria fuisse ab eterno, deum, ydeas, ylem, et in principio temporis de yle mundum factum fuisse. Aristotiles duo, mundum et opificem, qui de duobus principiis, materia scilicet et forma, operatus est sine principio et operatur sine fine. Epicurus duo, inane et athamos. Et in principio natura quosdam athamos solidavit in terram, alios in aquam, alios in aerem, alios in ignem. Moyses vero solum deum eternum significavit et mundum sine materia preiacenti creatum fuisse. Creavit autem in principio, id est in filio, et recte mundus est in principio factus. In principio creavit deus celum et terram. Creatus est autem mundus in principio temporis, scilicet coeva enim sunt mundus et tempus. Deus autem solus deus eternus, sic mundus sempiternus, id est semper eternus, id est equalis eterno. Angeli quasi sempiterni. Vel in principio omnium creaturarum creavit deus celum et terram, id est has creaturas primordiales fecit et simul. Sed quod simul factum est simul dici non potuit. Licet enim hic prius nominetur celum quam terra, tamen scriptum est: Initio tu domine terram fundasti et opera manuum tuarum sunt celi. Sicut cum erigo oculos ad solem statim acies mea solem dicitur intueri, quod non faceret nisi multa aeris spacia que sunt inter me et solem transvolaret. Quam momentaneam transvolationem si vellem explicare, semper adderem prius et post. Hic prius transit acies mea aerem vicinum, post aerem qui est super alpes, post aerem qui est super terras alias usque ad oceanum, et tandem tangit solem. Hanc creationem mundi sub brevitate sub operibus sex dierum explicat scriptura, commemorans tamen creationem, dispositionem et ornatum. In primo die creationem et quandam dispositionem, in secundo et tertio dispositionem, in reliquis tribus ornatum.

De prima mundi confusione.

Terra autem erat inanis et vacua, id est mundialis machina adhuc erat inutilis et infructuosa et vacua ornatu suo, et tenebre erant super faciem abissi. Eandem machinam quam terram dixerat abissum vocat propter sui confusionem et obscuritatem. Unde et greci eam chaos dixerunt. Quod vero dixit tenebre erant, quidam dogmatizaverunt tenebras fuisse eternas, quia antequam scilicet mundus fieret erant. Alii irridentes deum veteris testamenti dicunt eum prius creasse tenebras quam lucem. Sed tenebre nichil aliud sunt quam lucis absentia. Obscuritas autem aeris a deo creata est et dicuntur tenebre. Unde et in cathalago creaturarum domini est: Benedicite lux et tenebre domino. Et spiritus domini, id est spiritus sanctus vel, ut dicunt, domini voluntas ferebatur super aquas, sicut voluntas artificis habentis pre oculis materiam omnia facienda super illam fertur, dum quid de quo facturus est disponit. Eandem machinam aquas vocat quia ductilem materiam ad operandum habebat ex ea. Ideo vero sic variatur cognomina, ne si unius elementi nomine tantum censeretur, illi magis putaretur accommoda. Hebreus habet pro ferebatur incubabat, vel syra lingua fovebat, sicut avis ova. In quo etiam eum originaria misteriis mundi notatur. Hunc locum male intellexit plato cum in egypto legeret libros moysi, deum hoc putans de anima mundi, sed deum esse spiritum creatorem de quo legitur: Emitte spiritum tuum et creabuntur.

Dixitque deus: fiat lux et facta est lux, id est verbum genuit in quo erat ut fieret lux, id est tam facile ut quis in(?) verbo dicit. **De opere prime diei.** Lucem vocat quandam nubem lucidam illuminare superiores mundi partes claritate tamen tenui ut diluculo fieri solet. Et hec ad modum solis circumgirans superiora sua superius emisperium et inferius vicissim illuminabat. Fiat intelligitur presentia lucis in deo prius quam fieret presentia est essentia eius esse in

actu · i · cu͞ pproduxit adesse · Et vidit de⁹ luce͞ q͞ ee͞t bo͞ · i · q͞ placuerat i͞
p̄uida͞ ut fieret · placuit ut manere͞t i͞ essencia · Vel tropice vidit · i · videri
fecit Et divisit luce͞ a tenebris · Hic incipit dispo͞ · et t͞n aliquid
dicit de creatione · q͞ cu͞ luce teb͞s creavit · i · umbra͞ ex obiectu͞
corp̄is luci Et creata͞ divisit locor͞ distancia et q͞litate · ut s͞ nu͞
q͞ sint simul · s͞ s͞t e regione divisa e͞ [illegible] vicissim sibi vedi
caret · Intelligit͞ hic eciā angelor͞ fc̄a divisio · stantes lux, ca
dentes tenebre dc̄i s͞t · Et appellavit luce͞ diem · a dyan q͞d est
claritas · s͞d lux d͞r q͞ luit · i · p̄gat teb͞s · Tenebras dixit nocte͞ a
nocendo q͞ nocet oculis ne videat · s͞d tenebre q͞ tenet oculos
ne videat · Hod͞ t͞n dies a dyan exortu͞ e͞ greco · Ita nox a nocti
l͞n noctitare · i · nocte vigilare · Et fc̄m e͞ vespe · et post · fc̄m est
mane · et sic cōpletus e͞ dies un⁹ n͞alis · Primo ei͞ cu͞ celo et t͞ra
lux e͞ creata qua paulatī occidente fc̄m e͞ vespe p͞me diei n͞al
Et eadē migrante sub t͞ras et ad ortu͞ rediente fc̄m e͞ mane · i ·
~~et~~ t͞rīata e͞ nox · et inchoavit dies 2ᵉ · Itaq͞ p̄cedente luce diei et
seq͞ente nocte t͞minata · c͞stituit dies unus · De ope͞ 2ᵉ diei · 3ᵒ
Secunda die disposuit de⁹ sup̄iora mundi sensibil · Empyreu͞ ei͞
celu͞ q͞ cito fc̄m e͞ · statī dispositu͞ e͞ et ornatu͞ · i · sc̄is ange
lis est repletu͞ · Fecit g͞o 2° die de⁹ firmamentu͞ i͞ medio aquar͞
· i · quada͞ ~~superiore~~ mundi sup̄ficiem exteriore͞ · ex sc̄iciliori p͞te aquar͞
ex aquis c͞gelatis ad instar cristalli solidata͞ et p̄lucida ~~[illegible]~~ i͞
se cetera sensibilia c͞tinente͞ ad ymagine͞ teste que i͞ ovo e͞ · i · q͞tuor
elementi et ornatu͞ eor͞ · Et i͞ ea fixa s͞t sydera · Et d͞r firmamentu͞
no͞ tm͞ p͞pt͞ sui soliditate͞ · s͞ q͞ t͞minus e͞ aquar͞ q͞ sup͞ ip͞m s͞t firma
mentu͞ fc̄m et i͞transgressibile · D͞r eciā celu͞ q͞ celat · i · tegit oi͞a
sensibilia · Et cu͞ legit͞ firmamentu͞ celi · enoyadis e͞ · i · firmamentu͞
q͞d e͞ celu͞ · Un͞ d͞r creatura salis · Un͞ et p̄ sui c͞camerac͞oe͞ grece
d͞r uranon · i · palaciu͞ · Vel d͞r celu͞ q͞i casa helios q͞ sol sub ip͞o posit⁹
ip͞m illust͞t · Hac t͞n c͞cu͞voluta͞ c͞cameratione͞ philosophus sum͞
mitate͞ ignis i͞tellexit · Cu͞ ei͞ ignis no͞ h͞z quo ascendat circu͞volvit͞
ut i͞ clibano patz · Ita et ext͞ mundi exteriora ignis volvit͞ · Et h͞c est
ethereu͞ vel sidereu͞ celu͞ · Est et t͞ciu͞ celu͞ i͞fra q͞d aereu͞ d͞r de
quo m͞t · xiii · Aves celi c͞mederunt illud · Quida͞ q͞t͞ti sup̄picant͞ celu͞
ee͞ sup͞ empyreu͞ · q͞ lucifer cu͞ ee͞t i͞ empyreo legit͞ dixisse ysaie
xiiii° Ascenda͞ i͞ celu͞ 2ᵐ · et i͞ eo dicit͞ xp͞o͞ ee͞ xp͞m hoiem sup͞ angelos
qui s͞t i͞ empyreo · Hanc firmamentu͞ dividit aquas q͞ sub ip͞o s͞t
ab aquis q͞ sup͞ ip͞m sunt de quib͞ d͞r · Q͞ regis aquis sup̄iora ei⁹
Et s͞t s͞d sup͞ ip͞m c͞gelate ut cristallus ne igne solui possint · vel
i͞ modu͞ nebule vaporales vel vaporabiles · Qui ergo ibi s͞t nemo
nisi de⁹ novit · nisi q͞ quida͞ autumant inde rore͞ descende͞ i͞ estate
Q͞d aut͞ dc̄m e͞ · Fiat firmamentu͞ · et post · Fecit de⁹ firmamentu͞
et 3° loco · et fc̄m e͞ firmamentu͞ no͞ sup͞fluit · q͞ s͞d i͞ domo facienda
p͞mo fit dom⁹ i͞ sc̄ia artificis · Fit eciā materialit͞ cu͞ leuigat͞ ligna
et lapides · Fit eciā essencialit͞ cu͞ leuigata i͞ structura͞ dom⁹ dispo

nitur. Ita cum dixit fiat firmamentum ad presciencia dei refertur. Fecit ad opus
in materia. Factum est ad opus in essencia. Illud primo die. istud secundo die factum est
Dies enim ipse nondum enim creatum erat nubes vicem solis agens. nisi di
cas diem spacium. primum horarum incepisse antequam nubes esset. ut qui
primo precessisset creationem nubis. Et cum huius diei opus bonum fuerit
ut ceterorum tamen non legitur de eo vidit deus quod esset bonum. Tradunt enim hebrei
quod hac die angelus factus est dyabolus. quibus consentire videtur quod in secunda feria
missam de angelis cantare consueverunt quasi in laudem stancium angelorum.
Sed tradunt sancti quod in signum factum est hoc. quia binarius infamis est numerus in theo
logia quia primus ab unitate recedit. Deus autem unitas est et sediciones
et discordias detestatur. Possumus tamen dicere quod opus tercie diei quod adhuc
est de opere secunde diei quod patebit postea. Unde et non commendat nisi in tercia
die quasi post sui consummacionem. **De opere tercie diei. Genesis primo**

Tercia die aquas sub firmamento congregavit deus in unum locum
que licet plura obtineant loca. tamen quia omnes continuantur in visceribus
terre in unum locum dicuntur esse congregate. Et potuit esse ut aqua que totum spa
cium aeris occupabat vaporabiles solidata modicum obtineat locum
vel terra paululum subsedit ut eas tanquam in matrice concluderet et sic
apparuit arida que latens sub aquis quasi lutum humida erat. et dicta est humus ab humore.
Sed cum apparuit arida. Et dixit deus terram quia teritur pedibus ambulancium vel ab
compositis elementis. Dicitur solum quia solida est. Dicitur tellus quia tolerat labores
hominum. Congregacionem aquarum vocavit maria. Hebreo ydiomate
quelibet congregaciones aquarum vocantur maria. Completo ergo
opere aquarum subdit. Et vidit deus quod esset bonum. Et addidit aliud opus
illi cum dixit. Germinet terra. Hoc de opere germinandi intelligendum est
sed de potencia. quia potens sit germinare. Produxit enim de terra herbam virentem
et facientem semen et lignum fructiferum faciens fructum iuxta genus
suum. Patet quod non per morosa tempora ut modo produxit terra plantas suas sed
statim in maturitate viridi in copia et herbe seminibus et arbores pomis
onuste sunt. Unde quidam dicunt mundum in vere factum
quia virorum illud tempus est et fructificacio. Alii ~~dicunt~~ quia legitur lignum
faciens fructum et addidit herbam facientem semen factum dicunt in augusto
sub leone. Sed in marcio factum dogmatizat ecclesia. Unde cum primo ait fa
cientem semen. et addit habens unumquodque sementem quia sementis genere
dicitur dum adhuc est in sementivo. Semen vero vel sementum cum seminatur. Semi
nium vero cum seminatum est. Distinguunt tamen alii. Sementis est frugum et
arborum. Semen animalium. Seminium cuiuslibet rei exordium. Hoc vos mo
veat quod in dispositione elementorum videtur aer non dispositus quia nullum ornatum
corpus suum factum in se habuit. Vel aliter quia non est ornatus sed dispositus est cum lux
ab aquis notam nobis formam accepit. **De opere quarte diei. Genesis primo**

Quarto die que disposuerat cepit ornare de rebus illis que infra
continentur mundum continuis motibus agentur. Planete enim quia terre herent
ad disposicionem terre magis quam magis spectabat. et sic disposicionem fecit
ornatum a superioribus inchoavit. Fecit enim ea die luminaria solem et
lunam et stellas. Et dicitur sol quia solus lucet. id est nullum cum eo. Luna quasi
luminum una. id est prima vel una dierum vel una sabbatorum dicitur. Inde ...

dicitur quod sol factus est mane in oriente. facto vespere luna facta est in medio noc-
tis et in oriente. Volunt tamen quidam quod mane simul sunt facti sol in orien-
te et luna in occidente. et sole occidente luna rediit sub terra ad o-
rientem in inchoatione noctis. ¶ Sol et luna dicuntur magna lumi-
naria in duobus et ex duobus. i. non solum pro quantitate luminis sed etiam corporis
et non tantum comparatione stellarum sed etiam simpliciter. quia sol dicitur octies maior
terra. et luna etiam maior dicitur terra secundum rationem astrologie. ¶ Lu-
nam et stellas voluit illuminare noctem ne nox sit lumine nimis ex-
[illegible] et ut operantes in nocte ut naute et viatores solacium haberent
luminis maxime in desertis ethiopie arenosis ubi modicus impulsus
venti vestigia itinerantium complanat. Sunt etiam quedam animalia que
lucem solis ferre non possunt. quedam et fere etiam nocte pascuntur. Nec su-
fficit sol licet nubes lucida eius vicem ageret quia illa remissam et insuffi-
cientem lucem habebat et forte non nisi superiora illuminabat sicut nunc
stelle modo. De illa autem nube traditur modo quod vel redierit in materiam
unde facta fuerat ut stella que apparuit magis et columba in qua visus
est spiritus sanctus. vel quod ipsi soli continuatur. vel quod de ea factum est corpus solare.
Nec tantum ad decorem et ad usum luminis voluit ea esse. sed etiam ut essent in
signa et tempora et dies ~~et annos~~ et annos. id est signa sint serenitatis et
tempestatis. Vel ut ex ipsis fierent signa. xii. maiora. et quedam sunt
minora plura his que dicuntur signa vel sidera. tum quia magna dili-
gentia signaverunt vel consideraverunt ea antiquitus. tum quia adhuc signant
et consideraverunt ea homines ad designationem temporum. Nec est admittendum quod ge-
neatici somniant quod posita sint in signa eventuum ~~et~~ et omnium moto-
rum quod statum vite nostre signent et moderentur quam docent experimentis
quam apotelesmata vocant. Non etiam credendum est de celo his qui aliquem
statuunt a patre qui in celis est. Augustinus. Non est liber a mendacio qui loquitur ore nes-
ciente verum. ergo qui dicit verum quod non putat verum mentitur ergo peccat. Quod
autem scriptum est in tempora non est permittendum quod tunc per ea inciperent esse tempora que ceperunt
esse cum mundo. sed quia per ea fit quatuor temporum distinctio. Sol enim descendens ad
capricornum solsticium hyemale facit. Ascendens ad cancrum estivale.
inter utrumque pari ab utroque distancia equinoctia facit. Vel est ibi endiadis
sint in signa et tempora. i. in signa temporum. In dies dicit pluraliter. quia dies multipli-
citer dicitur. de die scilicet naturali spacio. xxiiii.or horarum. et de die usuali. i. xii. horarum.
Ponuntur etiam dies pro tempore nobis determinato et ignoto nobis ut ibi. In illa
die stillabunt montes dulcedinem. In annos etiam pluraliter dicitur quia et annus
dicitur multipliciter. Nec hoc dico quod apud diversas nationes sint varie diverse
annorum distinctiones maiorum et minorum. sed et planete annos suos habent sed
secundum usum ecclesie hoc dicimus. Est enim annus lunaris habens habens ccc.os liiii.or
dies. Est et solaris constans ex diebus ccc.tis lxv. et quadrante. i. sex
horis. Est bisextilis ex ccc.tis lxvi. Est embolismalis qui ccc.tos
lxxxiiii. dies continet habens xiii.cim lunationes. Dicitur autem annus ab an quod est
circum quia in se revolvitur. Unde et antiquiores ante usum literarum annum figurabant
sub specie serpentis cuius caudam in ore eius revolvebatur. Facta igitur lu-
minaria posuit deus ut lucerent in firmamento celi semper. et illuminarent
terram sed non semper et dividerent lucem a tenebris. Nam autem luna in plenilunio

terra sit ex alia procedit transflacione quia hic. Et luna inicium in inchoatione
noctis. In principio enim noctis non oritur luna nisi pansilenos, id est tota rotunda. Pan
silenos dicitur a pan grece, id est totum, et silene, id est luna vel mene luna, inde
pansilenos, id est tota luna quod nos plenilunium appellamus. ~~Volunt tamen quidam~~
~~[illegible] fuisse simul~~ De opere quinte diei.

Quinto die ornavit deus aerem et aquam. Volatilia dans aeri, nata
tilia aquis. Et utraque ex aquis orta sunt. Facilis enim transitus est aque
in aerem tenuando et aeris in aquam spissando. Pisces vocavit moy
ses reptilia quia in speciem quodammodo corpus se rapiunt ut serpentes qui non feruntur
pedibus ut fere. Forte quia ex hoc quod dictum est volatile super terram erraverunt pla
tonici qui descendens in egyptum libros moysi legit et putaverunt moysen
sensisse volatilia esse ornatum aeris tantum circa terram. Ornatum vero
aeris superioris calodemones et cacodemones. Sed non est ita. Boni
enim demones ut dictum est sunt in empyreo. Mali vero in hunc aerem caliginosum
detrusi sunt ad penam non ad eius ornatum. Creavitque deus, id est plasmavit,
cete grandia. Cete nomen generis indeclinabile est. Declaratur tamen hic cetus,
huius ceti. Et omnem animam viventem atque motabilem quam produxerant aque.
Hebrei autem dicunt animam piscium et animam respectu anime hominis. Ille enim
movetur de esse ad non esse, ista non quia perpetua est. Vel quia forsitan animas
non habent. Nam animal vocavit animam viventem, id est viventes. Unde et greci dividunt
animalia per zoa et sichea. Zoa, id est viventia bruta. Sed sichea animata a si
che quod est anima rationalis. Hic et dicitur creatum motabile, quod creatum est sic
ut movetur de vita ad mortem. Quod non homo qui creatus est ut non moreretur
si vellet. Illa vero creata sunt ut vel in esum cederent aliis vel senio deficerent.
Augustinus videtur velle quod pisces animas habent, dicit enim eos habere memoriam. Ait enim forte
esse in bulliensi regione plenum piscibus qui cum hominibus superingredientibus con
gregati natando eunt et redeunt et stant cum stantibus exspectantes
ut aliquid eis iaciant qui sic consueverunt. Hinc benedixit deus sic: Cres
cite et multiplicamini. De opere sexte diei.

Sexta die ornavit deus terram. Produxit enim terra tria genera animalium: iu
menta, reptilia, bestias. Sciens enim deus hominem per peccatum casurum
in penam laboris, ad remedium laboris dedit ei iumenta, quia iumenta
ad opus vel ad esum. Reptilia vero et bestie data sunt ei in exerci
cium. Reptilium tria sunt genera: trahentia ut vermes qui sola ore reptant; serpen
tia ut colubri qui vi costarum se rapiunt; repentia pedibus, scilicet ut lacerte
et bufones dicuntur. Dicuntur autem bestie quasi vastie a vastando, id est ledendo et
seviendo. Queritur de quibusdam minutis animantibus que vel ex cadaveribus
vel ex humoribus nasci solent si tunc exorta fuerint. Quorum sunt sex genera. Quedam
enim ex exalationibus ut bibiones, pruine muste ex vino, papiliones ex
aqua. Quedam ex corruptione humorum ut vermes in cistinis. Quedam ex ca
daveribus ut apes ex iuvencis, scrabones muste grandes scarabei ex
asinis qui sonant volando. Quedam ex corruptione lignorum ut teredones. Quedam
ex corruptione librorum ut tinee ex oleribus. Quedam ex corruptione fructuum
ut gurgulliones ex fabis. De his dicitur quod que sunt corruptione nascuntur, ut que
ex alationibus terre facta sunt. Que vero ex corruptionibus post peccatum ex ipsis corrup
tionibus orta sunt. Queritur etiam de nocivis animantibus si creata nociva sunt. Vel
primo innoxia post factum sunt hominibus nociva. Dicitur quod post factum sunt nociva ex
tribus causis. Propter hominis punitionem, correctionem, instructionem. Punitur

cum homo cum leditur ab his. vel cum timet ledi. quia timor maxima pena est. Corri-
gitur ab his cum scit sibi ista accidisse pro peccato suo. Instruitur ad miranda
opera dei magis admirantis opera formicarum quam onera camelorum. Vel
cum videns hec minima sibi posse nocere recordatur fragilitatis sue et
humiliatur. Beda dicit ab hiis que quedam animalia ledunt alia quia nec inde puniuntur
nec corriguntur vel instruuntur. Sed etiam in hiis instruitur homo per exemplum. etiam
ad hoc creata sunt ut aliis sint in cibum. Sed si iterum dicitur quia in mortuos
homines seviunt. sed et in hoc instruitur homo ne aliquod genus mortis horrescat
quia per quodcunque transeat meatus. nec capillus capitis peribit. Ad hunc mo-
dum solet queri de silvis et arboribus infructuosis si et in illis diebus orte sunt
cum scriptura non meminerit nisi herbas seminales et arbores fructificas.
Potest dici quia que modo sunt infructuosa ante peccatum fecerunt aliquem fructum.
Aut quia post peccatum nascuntur homini magis ad laborem quam utilitatem. Vel
potius post peccatum orta sunt. quia post dictum est homini spinas et tribulos germina-
bit tibi. Vel quecunque creaverit habent suum fructum et utilitatem manifestam
vel occultam. Quod vero piscibus et avibus dictum est Crescite et multiplicamini
etiam de his intelligendum est licet non sit dictum. hec est enim cum eis communis.

Deinde subditur de creatione hominis sic. De hominis formatione.
Faciamus hominem etc. Et loquitur pater ad filium et spiritum sanctum. Vel est quasi vox
communis trium personarum. Faciamus hominem ad ymaginem et similitudinem nostram.
Factus est autem homo ad ymaginem dei quantum ad animam. Sed ymago dei est in essentia
eius et ratione quia anima est rationalis ut deus. Similitudo vero in virtutibus. quia bona
iusta sapiens est. ymaginem perdere non potest homo. quia illam habet etiam peccator. Similitudine
vero sepe privatur. Masculum et feminam creavit eos. hoc quantum ad corpus. tamen
dicit creasse hominem propter animam. Eos autem dixit pluraliter ne androgeos. id est her-
mofroditos fore putaremus. tamen secundum corpus factus est homo etiam quodammodo ad
ymaginem dei. cum os homini sublime dedit ut deum et celestia videat et
ymitetur. Unde cum quesitum ~~fuit a philo~~ fuisset a philosopho ad quid factus
fuisset homo. Respondit ut contempletur celum et celi numina. Dedit autem
homini deus ut posset erectis manibus. Et in hiis quoque notatur hominis dignitas primo
quia non solum factus est in genere suo ut pecora est. sed etiam quia ymago dei est. Secundo quia
cum deliberatione factus est. In aliis siquidem operacionibus dixit et facta sunt. In
hoc quasi deus secum deliberantis personam accepit. Faciamus etc. Tercio quia dominus
statutus est animalium ut cetus et que fuerunt immobile stabat in alimentum et
indumentum et laboris adiumentum. Ante peccatum et herbas tamen et fructus
nota arborum dedit deus in escam hominibus et animalibus quod innuit colligitur quia ante peccatum
nil noxium aut sterile terra produxit. Et non quia in magis ut in leonibus
dedit homo dominium ut sciat se etiam amisisse in minimis ut in muscis ut sciat
utilitatem suam. In mediis autem habet dominium ad solacium et ut sciat se habuisse etiam in magnis
Et benedixit eis deus sic. De coniugii institutione.

Crescite et multiplicamini quod quidem sine commixtione corporum fieri non poterat
ex quo quia deus coniugium viri et mulieris instituit. In quo confutantur
quidam heretici dicentes creaturam sine peccato fieri non posse. Quidam querunt quare
ante peccatum datum sit homini esse cum esset immortalis. Unde quia illa immortalitas in
creatione est ab eis erat sustentanda. ut esset gloria illa que futura erat cum cibis non
egebit illa enim erat posse non mori. hec erit non posse mori. Et vidit deus

cuncta que fecerat et erant singula per se bona. sicut oculus in animali est pulchrior quam
separatus. Vel erant omnia valde bona id est requisitis bonorum erant optima. Et
quia mea sunt per se non usui in contumelia tamen alius sunt in valitudine. ipse vero est summum
bonum. De homine vero tamen ut de ceteris dixerat. non dixit et vidit deus quod esset
bonum quia in proximo sciebat eum lapsurum. Vel quia nondum homo perfectus erat donec
de ipso fieret mulier. Unde et post legitur. non est bonum hominem esse solum. De quiete
sabbati et eius sanctificatione

Igitur perfecti sunt celi et terra. Conclusio operum est sic
forma creati dispositi ornati. Ideo perfecti. et quia in senario fecit que primus
in numeris perfectus occurrit quia ex partibus suis aggregatis reddit eadem sum-
mam quam in monadibus id est unitatibus numeris non invenies vel in isto. sed nec in deca-
dibus nec in millenis. Preter illas numerus dierum quibus alibi assignari potest quorum sit in
eo. licet enim senarius ex uno et quinque consistit et ex duobus et quatuor tamen
quorum sit eius pars quarta aut quinta dici non potest. Et complevit deus opus suum
die septimo quod fecerat. Alia translatio habet vi°. et tunc nulla est obiectio.
sed hebraica veritas habet septimo. Et ideo queritur si complevit est finale complementum operis
facere. quod verum est quod fecerat. Requievit deus die vii° etc. Verum est quod die septimus
fecit et ipsum benedixit. et postea requievit vel complevit. id est completum ostendit
eum nichil in eo fecit. et tunc requievit ab operibus quibus novis. Nichil enim post
fecit cum non fecisset tunc materiam vel corporum. vel similitudinem ut aiunt. Non
enim quia fessus dicitur quievisse. sed quia cessavit. sicut in persona dei. quod scripsimus
requiem non habebat dicentes sanctus sanctus sanctus. id est non cessabat. Vel requievit ab
operibus et non in operibus. id est non eguit operibus suis. Et deinde est quasi negative. Vel
requievit ab operibus suis. scilicet in se ipso. id est a mutabilitate operum eius immutabili-
tas apparuit. Nam stabilis manens dat cuncta moveri. Quod autem dicitur
ab omni opere quod patrarat intelligitur est operis quod nondum fecerat a quo non cessavit. Be-
nedixerat Et cum opera fecerit. creavit. disposuit ornavit. quorum opus
propagacionis non desinit operari. Aurum faciet qui purget se et tunc siccus mit-
trabitur illuc ubi tamen perpetue quiescit. Et benedixit diei vii° et sanctificavit
illum. id est sanctum et celebrem eum esse voluit. Hinc et ab aliquibus nacionibus ante
legem dicitur sabbatum fuisse observatum. Huius observanciam et in lege eciam dicitur
sanctificacionem ut ibi memento ut diem sabbati sanctifices. Iste sunt generaciones
celi et terre. Quedam enim hic dicunt opera sex dierum. quedam ibi Cognovit adam
uxorem suam. Alii ibi hic est liber generacionis ade. Premisso enim quod dubium
est hic resistamus. Quia creacionem maris et terre simul dixerat quod tamen simul
facta non sunt ut explicet quod sui brevitate transit repetit eciam de re-
liquis. Generaciones eciam potest dici active. id est operaciones dei vel passive. id est genera-
ta. Nec est preterundum quod ait. fecit omne virgultum antequam oriretur in terra. et herbam
priusquam germinaret. cum superius dixit virgultum quod cito fecit statim adultum et
lignis fructum et herbam ortam eciam facientem semen. Ad quod dicitur duos fuisse mo-
dos operacionis dei ut dictum est. materialem scilicet et essencialem. Fecit ergo ea ma-
terialiter priusquam orirentur et germinarent essencialiter. Vel aliter quod timet sepe
dicitur cum de. Non enim pluerat dominus super terram. Fecit equidem illa tunc perfecta
et essencialiter priusquam orirentur et germinarent ut modo faciunt. cum paulatim
beneficio roris infusi et labore hominum adhibito ad ortum et maturita-
tem perveniunt. Tunc enim fons unus irrigabat terram. ut nilus egyptum in
cissim per tempus divisus. sicut traditur iordanus ante submersionem

Epilogus

irrigasse totam pentapolim vicissim, scilicet sicut et de quibusdam fontibus dicit
Augustinus quod mira vicissitudine totam quamdam regionem irrigant. Nec si totam
simul terram tunc fontem irrigatum dicimus diluvium fuisse dicamus. Vel quia
legitur ibi fons et non unus, multitudinem ponit, ut ibi venit locusta. De for

macione prothoplasti.

Formavit igitur Dominus Deus hominem de limo terre.
Hic primo vocat Deum Dominum quia tunc primo habuit servum. Post recapitulacionem
de utriusque hominis formacione diffusius agit et primo de viro. Et quia due sunt
hominis partes, de utraque agit. Ad carnem ei spectat quod dicit: Formavit hominem de
limo terre. Ad animam: Et inspiravit etc. Quasi diceret: corpus fecit de terra, animam
de nichilo. Alia translacio habet insufflavit vel sufflavit, quod non est credendum
de Deo ut quidam putaverunt, cum fauces et spiritum non habeat. Dicitur ergo inspira
vit, id est spiritum fecit. Similiter et insufflavit, id est flatum vel animam fecit. Unde in
Ysaia: Omnem flatum ego feci. Quod autem dicitur in faciem, per synodochen, id est a parte
totum intelligitur. Totum enim hominem animavit, sed faciem tantum propter dignitatem,
quia sensuum capacem, solam nominavit. Eamdem etiam animam spiraculum vite nomin
avit, vocat quia per eam spirat homo et vivit. Et post dicit animam viventem, id est
id est in perpetuitate vite viventem, non mortalem ut animam pecudis. Hunc
locum non bene intellexit Plato dicens Deum animam creasse, sed angelos cor
pus formasse. Ibi Dii deorum, quorum opifex pater que ego. Quod autem quidam
asserunt animam de divina essencia factam, stare non potest, quia tunc nullo modo
peccare posset. Alii distinguunt inter spiraculum vite et animam, dicentes spira
culum vite Spiritum Sanctum, quem eciam hoc tunc datum asserunt ad ... quando dixit:
Hoc nunc os ex ossibus meis. Alii aliter distinguunt, spiraculum vocantes quem
dam spiritum corporeum in corpore manentem, quo eciam quinque sensus operantur in eo, quod et cum ani
malibus communicamus in eo. Et dum moritur animal, in aliqua parte corporis adhuc sentit,
quia ille cum alia exierit. Factus est autem homo in virili etate mortalis et
immortalis, id est potens mori, potens non mori. Et anima corpori prius fuit
infusa. Sed queritur utrum in ipso corpore dum infunderetur creata, vel extra creata
sit et datum sit ei naturaliter velle incorporari, quod cum illa actum sit de post
creatis dicitur quia in ipsis corporibus dum infunduntur creantur. De paradiso et lignis

gen 2o. eius. Gen. 2o.

Plantaverat autem Dominus Deus paradisum voluptatis a principio.
Quod queret aliquis: Remansit homo in loco ubi factus est, in agro videlicet Damasceno?
Non, ubi quod translatus est in paradisum. Quia Deus die tercio plantaverat, id est plantis ap
taverat paradisum herbis et arboribus a principio creacionis, scilicet cum apparuit
arida et germinare terram fecit. Vel a principio, id est a prima orbis parte. Unde
alia translacio habet: paradisum in Eden ad orientem. Eden hebraice, latine delicie.
Est ergo idem paradisus voluptatis quod paradisus in Eden, et in deliciis, et a principio
idem est quod ad orientem. Est enim locus amenissimus terrestris, longo maris et
terre tractu a nostro habitabili secretus, adeo editus ut usque ad lunarem
globum attingat. Unde et aque diluvii illuc non pervenerunt. Est eciam pa
radisus celum empireum et dicitur spiritualis, quia regio spirituum est. Dicitur spiritualis pa
radisus eciam vita beata vel ecclesia. Produxit igitur Deus in paradiso de humo diver
sa ligna in quibus delectaretur homo videndo et sustentaretur edendo. Produxit quasi
id est per se alterum duxit vel produxit, id est pro homine eduxit. In medio quasi ce
teris digniora posuit lignum vite et lignum sciencie boni et mali. Dictum
est autem lignum vite ab effectu quem habuit naturaliter, ut comestum perpetua hominem

perpetua soliditate firmabat. ita ut nulla infirmitate vel anxietate vel se
nio in deterius vel in occasum laberetur. Lignum vero scientie boni et mali dictum
est ex eo quod secutum est eius transgressionem. Prius enim nesciebat homo quid esset ma
lum. quia nondum expertus. Bonum dicimus sanitatem et firmitatem. malum vero
egritudinem et imbecillitatem quam nondum senserat. Cognouit quidem ea per scientiam
que ex vno contrariorum cognoscitur aliquando sed non per experientiam. ut me
dicus qui sanus est nouit morbos. sed cum egrotat magis cognoscit
quia nouit et sentit. sicut de puero dicitur multo dicitur quod nescit quid sit
malum ymmo nondum nouit quid sit bonum. Vel malum dicit inobedientiam
bonum obedientiam. quia post transgressionem nouit quantum erat bonum obedientie
et quantum malum inobedientie. Plato non putauit hoc posse arboribus
conuenire verumptamen hoc de homine dictum estimauit. quia viuit et est sciens boni
et mali. et dixit ipsum lignum versum. id est corporeum ad differentiam spirituum
qui et viuunt et sciunt bonum et malum. In medio vero positum tradidit
quia homo est quasi medius inter creatorem et supra se positum et sensibilia sibi subposita.
Distinctum vero illius hominis formationem creationem a creationibus hominum re
liquorum dixit quia per illa duo addita. vite et scientie boni et mali. Dicitur
etiam in similitudinem figure quam pytagoras primo dicitur inuenisse prius est triuncta
integer et post in summo bifida sic homo modo in primis etatibus qui tamen
viuunt non vtentes viribus ad intelligentiam datis. sed cum venit ad annos
discretionis tunc discernit inter bonum et malum et tunc scit primum bona eligere
vel mala. sed ita non est sensus in adam. ymmo cum vita data est ei scientia boni et
mali. quia dicitur. scientia est homo corporeus subditus deo. propositus anima
tibus et sic viuit et scit bonum et malum. De quatuor fluminibus paradisi

Et fons vel fluuius egrediebatur ad irrigandum paradisum. id est ligna
paradisi. Fons potest intelligi vel abyssus. id est mater omnium aquarum
vel pro fontes pluralem pro singulari per silempsim. Irriguus autem positum est
pro influxu humoris. Dicitur etiam terra estimatur humectari a fluminibus. id est per
vias subterraneas vel meatus per tractus .xxiiii. stadiis aut plus quod
fons diuiditur per quatuor flumina. Vnum dictum est phison quod et a gangaro
rege indie dictus est ganges et post dicitur phison secundum ysidorum caterua
quia est multa flumina recepit. vel mutatio oris quia mutatur a facie qua habet
in paradiso. Mutatur etiam secundum diuersa loca tribus modis. In colore quia
alibi clarus alibi turbidus. alibi obscurus. In quantitate alibi primis
alibi diffusus. In sensu alibi frigidus alibi calidus. Hic currit circa
euilath. id est indiam et trahit aureas arenas. Alius gyon dictus est
vel egyon qui et nilus. et sonat hyatus terre vel terrenus quia terrenus
est. hic currit ethiopiam. Alii proprie nominibus vocantur tygris et eufrates.
Tygris animal est velocissimum. et ideo fluuius ille a sui velocitate tygris di
cendus est. hic vadit contra assirios. Dicit iosephus quod tygris di
glat quod sonat acutum vel angustum. Eufrates frugifer vel fer
tilis. de quo per quas transiret regiones quia notum erat non tacuit moyses
quia est in caldea vnde venerat abraham. Hec quatuor ut diximus ab eodem
fonte emanant et separantur et iterum quidam inter se commiscentur et iterum
separantur. Sepe etiam absorbentur a terra et locis in pluribus iterum
emergunt. Inde est quod de ortu eorum varia leguntur. Dicitur enim ganges

nasci in locis caucasi montis. Nilus vero non procul ab athlante. Tigris
et eufrates ab armenia. De precepto et prohibitione comedendi. Gen 2°

Tulit ergo deus hominem de loco formationis sue in paradisum ut operaretur
ibi. Non tamen laborando ex necessitate, sed delectando et recreando. Et
sic deus custodiret illum hominem, scilicet vel utrumque refertur ad hominem, ut scilicet homo
custodiret paradisum et operaretur, ut dictum est. Quidam codices non habent illum
et tunc est sensus ut custodiret, id est consideraret opus suum ut quod faceret
terre per agriculturam, observaret in se per disciplinam, ut sicut terra sibi sic
ipse obtemperaret suo creatori. Precepitque ei dicens etc. Ut sciret homo se esse
sub domino preceptum accepit a domino. Omnis autem iussio in duobus est, in precepto
et in prohibitione, et ideo utroque usus est dominus. Precepit ex omni ligno paradi
si comede. Prohibuit de ligno scientie boni et mali ne comedas. Et datum
est viro ut per virum etiam ad mulierem transiret. Vel forte est preoccupa
tio, quia facta muliere utrisque simul datum est. Subdit autem penam si contemp
nerent. Quacumque die comederis ^ morte morieris morte, scilicet actu et neces 1ª ex
sitatem moriendi habebis. Unde alia translatio planius habet: mortalis eris.
Septuaginta pluraliter ponunt: quacumque die comederitis morte moriemini. Ideo cre
ditur a quibusdam utrisque dictum et hic preoccupatum. Factum est autem hec iussio
per aliquam creaturam subiectam, sicut et nobis per prophetas et angelos. De
diversis translationibus semel dicemus. Ante incarnationem domini annis CCC
XL, in quibus Ptolomei Philadelfi septuaginta interpretes floruerunt. Post as
censionem domini annis C XXIIII Aquila primus interpres ex hebreo in
grecum floruit Adriano regnante. Deinde post annos LIII Commodo
regnante Theodotion. Deinde post annos XXX sub Severo Symachus.
Deinde post annos octo sub Allexandro Origenes correxit septuaginta
cum asterico et obelo. Quinta editio et Ierosolimis inventa est, que quia
autor eius ignoratur Vulgata dicitur. Deinde post annos XVIII. Hii omnes de
hebreo in grecum transtulerunt. Cum autem de greco in latinum plures
in primitiva ecclesia scioli utriusque lingue de greco in latinum transferebant,
Ieronimus ultimus de hebreo in latinum, cuius editio nunc ubique frequentatur a nobis.

Dixit quoque deus: Non est bonum esse hominem solum. De impositione nominum animalium
Faciamus ei adiutorium ad procreandos liberos quod sit simile illi. Simi
milia ei de filiis naturaliter nascuntur. Sed ne videretur Ade suspecta mulieris
formatio, preter sibi in animantibus simile, ideo adduxit deus ad Adam cuncta
animantia terre et aeris, in quibus intelligenda sunt etiam aerie et aquatica animan
tia a parte totum. Vel universi sunt terre, quia etiam que de aquis aliquid habent terre
in se. Vel potius pisces post ab hominibus sunt cogniti et nominati, quod patet
quia cognominantur animantibus terre que similes hiis deprehensi sunt. Fecit autem ut omnia
simul venirent eo nutu quo omnia creavit. Vel forte factum est per angelos.
Adduxit autem pro duobus, ut et imponeret eis homo nomina, in quo sciret eum sibi preesse,
et sciret Adam nullum sibi similem ex illis. Et imposuit eis nomina Adam
loquens lingua hebrea que sola fuit ab initio. Quod inde percipitur, quia nomina
que leguntur usque ad divisionem linguarum hebrea sunt. Et non invento simile
sibi immisit dominus soporem in Adam, non soporem sed extasim, in qua creditur sup
ne interfuisse curie. Unde evigilans prophetavit de coniunctione Christi et eccle
sie, etiam de diluvio futuro et de iudicio per ignem ibidem cognovit et liberos

sunt postea indicavit. ¶ Cumque obdormisset tulit dominus unam de costis
eius, carnem scilicet et os, et confecit ministerio angelorum illam in mulierem, de
carne carnem, de osse ossa faciens. Et statuit eam ante Adam, qui ait: Hoc
nunc os est ex ossibus meis et caro de carne mea. Hoc adverbium nunc
innuit Iudeos in errore, ut dicunt aliam prius factam de qua dictum est: Mas-
culum et feminam creavit eos. Et nunc secundo quasi diceret Adam: Prior mulier de
limo terre facta est mecum, sed hec nunc de carne mea. Etiam Josephus dicit
mulierem extra formatam et in paradisum cum viro translatam, dicens: In hunc ortum
introduxit Adam et eius uxorem, sapientes plantationis eos habere sollicitu-
dinem. Et ex duabus uxoribus Ade fingunt interminabiles genealogias,
sed ex ipso textu convinci videntur, in quo semper sermo est singulariter de eius uxore.
¶ Nota quod de formatione mulieris agendo tantum de corpore dictum est. Unde quidam
voluerunt ideo tacitum esse de anima, ut daretur intelligi sic traductam animam mu-
lieris de anima viri sicut carnem de carne. Augustinus etiam hesitare videtur
quid sentiendum sit de anima, an ex traduce sit, an ex nichilo. Sed idipsum
quod tacitum est de anima potius contra eos est. Si enim fuit anima mulieris ex traduce,
aliter factum est quam anima viri, que de nichilo, et si aliter fiebat, taceri non debuit,
ne sic facta putaremus ut iam audieramus de anima viri. Itaque tacendo
innuit non aliter putandum factam esse quam didiceramus prius. ¶ Et imposuit Adam
etiam uxori sue nomen tamquam dominus eius, et ait: Hec vocabitur virago, id est a
viro acta, et est sumptum eius nomen a viri nomine, ut maria de mari sumpta
fuit. Etiam in hebreo denominatio hec est. Is enim vir dicitur et inde denominatur illa ut
a viro virago. Hoc illius mulieris proprium nomen fuit; nunc omnium est commune et eius
apocopatum, id est sincopatum virgo. Unde quod diu sunt in integritate nativitatis sunt vir-
gines dicuntur; fracte dicuntur mulieres. Sed hoc nomen Adam, id est homo,
illi proprium, nunc vero est commune. Sonat etiam Adam rubens vel rubea terra quia
secundum Iosephum de rubra terra conspersa factus est. ¶ Tellus prius adhuc virgo erat
quia nondum opere hominis nec sanguine infecta. ¶ Talis est enim ut virgo tellus. ¶ Vel
rubea, id est arata, quia sedes anime in sanguine est. Vel rubea secundum quod futura erat,
id est sanguinea vel peccatrix. Sanguinis enim nomine sepe designatur peccatum
ut ibi: Vestimentum conversum sanguine, et sanguis sanguinem tangit. ¶ Et
imposuit ei aliud nomen, scilicet Eva, post peccatum, quod sonat vita, eo quod futura esset
mater omnium viventium. Tamen ibi non legitur imposuisse, sed infra post maledictio-
nes. Forte quia plangens hominis miseriam dixit eam Evam, quasi alludens eiu-
latum parvulorum. Masculus enim recenter natus eiulando dicit a, mulier vero
e, quasi diceret: Omnes dicunt e vel a, quotquot nascuntur ab Eva. ¶ Imposito nomine
statim prophetavit dicens: Quobrem, scilicet quia de viri latere est, relinquet sepe homo
patrem et matrem, scilicet propter uxorem suam, et adherebit ei tamquam portiuncule sue.
Vel ob hanc rem, demonstrando uxorem suam, dixit, id est propter hanc mulierem relinquet
homo etc. Et fit cotidie a viris qui vel relinquunt habitare corporaliter vel spiritualiter,
quia maior est zelus in uxorem quam amor filiorum in parentes, non dico parentum in filios.
Humor enim ascendit de trunco in ramos, sed non redit. Et ~~non~~ non dixit ideo
quod propter hoc relinquent parentes filios. Magis est intelligendum quod relinquet, id est nequaquam
gerent eos in matrimonio. Hic due in lege veteri et in evangelio plures prohibentur iste
amonentur a coniugio. Et propter hoc, scilicet coniungitur, relinquet patrem et matrem. Et erunt
duo in carne una, id est venient ambo in uno carnali opere. Vel erunt duo in una
carne prolis gignenda. Proles enim ex sanguine uno sed ex sanguinibus coeuntibus

pueri. Vel licet sint duo pro sola tamen erunt in coniugio una caro. quia neuter potesta-
tem habet sue carnis. De statu ante peccatum.

Erat autem uterque nudus nec erubescebant. Nichil putabant ve-
landum quia nichil senserant refrenandum. Sicut non erubescimus si quis
videt caput manus et pedes nostros. Inordinatus enim motus membrorum
nostrorum ipsa facit pudenda. Hinc et pueri si videantur pudenda eorum non
erubescunt quia beneficio etatis motum erubescibilem nondum senserunt. Quod
pudibundus est quia inordinatus. quia non sine peccato fit nisi raro semper plus exceditur
Non tamen cum exceditur fit a peccato. rubore caret ut. Unde sanctus Zacharias cum
sororem Elizabeth cognosceret ad gignendum sanctum precursorem domini tamen videri
noluit. Et hic quibusdam visum est deum precepisse utrique de abstinentia pomi
postquam paruit sit. De suggestione demonis · genesis 3o.

Serpens erat callidior cunctis animantibus terre. et naturaliter et incidenter
quia plenus erat demone. Lucifer enim deiectus a paradiso spirituum invidit
homini quod esset in paradiso corporum. sciens si faceret eum transgredi quod et ille ei-
ceretur sicut et ipse eiectus erat. Timens vero deprehendi a viro minus providam
et cereum in vicium flecti aggressus est mulierem et hoc per serpentem quia tunc
serpens erectus erat ut homo quia in maledictione prostratus est. et adhuc ut fer-
tur phareas erectus incedit. Elegit etiam quoddam serpentis genus ut ait
Beda virgineum vultum habens quia similia similibus applaudunt et movit ad loquen-
dum linguam eius tamen nescientis. sicut et per phanaticos et energuminos
loquitur nescientes. Et ait. Cur precepit vobis deus ut non comederetis de omni
ligno paradisi. id est ut non comederetis de ligno sed non de omni. Querit ut ex responsione
inveniat occasionem dicendi ad quod venerat. et sic factum est. Cum enim quasi dubitando
diceret mulier. ne forte moriamur. quia dubitavit ad qualibet parte defle-
cti flecti. securus de inspectione ait. Nequaquam moriemini. Immo deus nolens
vos ei assimilari in sciencia. et sciebat quod cum comederitis ex ligno hoc eritis sicut
dii. scientes bonum et malum quasi invidus prohibuit. Et elata mulier vo-
lens assimilari deo acquievit. De transgressione precepti.

Vidit ergo mulier prius quod lignum esset pulchrum visu. id est visui. et ex o-
dore vel tactu notavit quod ad vescendum suave comedit. dedit quoque vi-
ro. forte sermonibus blandis persuasibilibus quibus transgressor legislator biuntus eam
vir etiam ei facile acquievit. quia cum crederet mulierem statim moritura
enim etiam ei facile acquievit. quia cum crederet mulierem statim moituram
minus verbum dixisse. et vidisset fuisse non mortuam. a deo estimavit tamen deum
ad terrorem et comedisset. Et aperti sunt oculi eorum. id est visus tale quod preceperit
quod non ante sed in conscientia mulieris. Vel non de oculis corporis intel-
ligendum est cum dicit sic. Vidit mulier etc. Non enim accesserunt ad lignum
quasi palpones vel ceci palpando. Sed oculos eorum dicimus concupiscentie
et cognitionem eorum. Erat enim in eis naturales motus concupiscentie sed repressi et
clausi ut in pueris usque ad pubertatem et tunc tamquam rivuli aperti ceperunt
moveri et diffundi. Quos cum prius in se esse non sensissent tunc aperti sunt
et cognoverunt eos. Et quia inobedientes fuerunt suo superiori sic et mem-
bra ceperunt moveri contra suum superius id est rationem. et primum motum concupiscentie
contra rationem senserunt in genitalibus. Et sua membra contra se moveri vi-
dentes erubuerunt. Unde et illa dicta sunt pudenda quia cetera membra ad nutum
hominis sunt aut moventur. pudenda non quia hic est porta propaginis. Inobediencia
membrorum est quasi signum inobediencie primum sentitum in porta. Et cognoverunt

se nudos .i. dishonestate pudenda .i. erubuerunt videri pudenda. Tunc Jose-
phus tradit scientiam cognoscendi se nudos et intelligendi confusionem
suam hausisse ex esu ligni. quasi hunc effectum naturaliter habentis dicens. Illa namque
plantacio cum acuminis erat intellectus. De maledictione serpentis viri et mulieris

Et fecerunt sibi perizomata .i. succinctoria que brachis breves
[illegible] campestria. Nec fuerunt de foliis ficuum. quia de succo eorum si te-
ritur caro hominis inuncta statim ibi sentit pruriginem ut quasi per hoc
ostensum sit quod pruriginem voluptatis iam senserant in carne. Hic quidam
dicunt ficum fuisse arborem prohibitam. Et audierunt vocem domini deambu-
lantis ut ex more suo motu iam videretur eos arguere quia non steterant in pre-
cepto. Loquebatur autem eis per subiectam creaturam. et absconderunt se a fa-
cie dei in medio lignorum. Vocavitque deus virum cui se dederat preceptum
et increpando non ignorando ait. Ubi es adam. quasi vide in qua miseria
es. Qui ait abscondi me quia nudus eram. Scrutata et superba responsio.
quasi displiceret nuditas quam talis sibi fecerat fecit. Et ait dominus. Quis tibi hoc
indicavit nisi quia de ligno comedisti. Ille vero non humiliter confitens sed peccatum
in uxorem retorquens. ymo et in ipsum datorem mulieris ait. Mulier
quam dedisti mihi sociam. dedit mihi de ligno et comedi. Et ad mulierem
ait. Quid hoc fecisti. Nec ipsa se accusavit. sed obligavit peccatum in
serpentem. tacite vero in actorem serpentis. Serpens vero non interrogatur quia per
se hoc non fecerat cum fuit quasi instrumentum. sed dyabolus per eum. et maledi-
ctiones eius incepit a serpente ordine suo et congruum maledictionum numerum
Serpens enim et prius et plus peccavit. quia in tribus. Mulier post et minus
eo. sed plus viro quia in duobus. Homo postremo et minus quia in uno.
Serpens invidit. mentitus est. decepit. Hinc tres videtur reddere sibi maledi-
ctiones. Quia invidit hominis excellencie deiectus est et. Super pectus tuum gradieris.
Quia mentitus est punitus est in ore. Terram comedes omnibus diebus vite tue. ymo
abstulit ei vocem et posuit venenum in ore eius. Quia decepit. accepit
hoc. Inimicicias ponam inter te et mulierem. Hic innuitur quod eva penituit
et sic facta est inimica serpentis. Ipsa conteret caput tuum. quod naturaliter sunt
serpens. quasi sedem vite. Et tu serpens insidiaberis calcaneo eius maiore
Et sic quia sicut naturale est odium inter equos et gryphes. lupos et canes. sic
inter hominem et serpentem. Sicut et venenum serpentis hominem sic sputum homi-
nis ieiuni perimit serpentem. Et quia adhuc nudi erant. serpens nudum hominem nu-
dum timet et fugit. in vestitum insilit. In duobus peccavit mulier
superbivit et vetitum comedit. Quia superbivit humiliavit eam dicens. Sub
viri potestate eris violenta ut eciam verberibus te affligat. Tunc enim facta ~~[illegible]~~
subiecta viro suo condicione et timore quia prius subiecta fuerat .s. amore.
Et quia in fructu peccavit in fructu suo punita est. Unde ei dicitur. In
dolore paries filios. Quod dicitur est in dolore maledictio est. sed paries bene-
dictio est. Maledictum est sterile. Et ita in puniendo non oblivisitur misereri
deus. Quod et in aliis maledictionibus hominum notandum est. Adam quia in solo esu pec-
cavit in labore querendi edulium punitus est. s. maledicta terra in opere tuo .i. ex
opere tuo .i. pro peccato. pro quo factum est ~~[illegible]~~ ut terra que prius sponte [illegible]
fructus et bonos faciebat. deinceps in vanos nec sine hominis labore et

Aug. Maximum peccatum est superbia in homine. quia inde manavit origo mali a celesti [illegible] nos
primum [illegible] [illegible] et perdidit. non enim homo per suasionem serpentis deceptus sicut deus esse voluisset et
sine non [illegible] finibus [illegible] temerasset nunquam ad nos servilis culpe transisset hereditas
Deinde hoc peccatum [illegible] [illegible]. Dum enim dixit ponam thronum meum ad aquilonem [illegible] a [illegible]
[illegible] occidit [illegible] cuius omnino digna mercede dampnatus hominem sibi [illegible] re
[illegible] a deo cepit. in ratione celestis sublimium [illegible] sub [illegible] [illegible] et [illegible]
cor quam [illegible] [illegible] est domus fortitudinis humilitatis [illegible].

quas pro fructibus spinas et tribulos germinabit. Et addidit. et comedes herbas terrae. quasi diceret etiam in hoc punieris herbis vesceris. Terrae autem maledixit quia de fructu terrae transgressio facta est et non in aquis. inde est quod dominus comedit piscem sed non legitur comedisse carnem vitantem de terra maledicta. nisi forte de agno paschali pro praecepto legis. Addidit quoque de labore. In sudore vultus tui vesceris pane tuo donec in terram revertaris. id est donec moriaris quia terra es et in terram ibis. Pulchre dictum est ibis. quasi qui in eodem statu stetisses donec transisses in melius si voluisses. modo de miseria in miseriam ibis more fluentis aquae. Et tunc adam plangens miseriam posteritatis vocavit uxorem suam evam. ut dictum est. De eiectione hominis de paradiso et rumphea ignea.

Fecit quoque deus adae et uxori eius tunicas pelliceas. id est de pellibus mortuorum animalium ut signum mortalitatis suae secum ferrent. et ait. Ecce adam quasi unus ex nobis factus est. Ironia est. quasi volunt esse ut deus. sed tendenti est modo quod non est. nec est vox dei insultantis sed nos a superbia corrigentis. et est vox trinitatis vel vox dei ad angelos et est vox plangentis. quasi patet quod factum est a me ~~quasi esset unus~~ ut esset quasi unus ex nobis si stetisset. Nunc videte ne forte mittat manum suam et sumat de ligno vitae et comedat et vivat in aeternum. Aposiopesis est. quasi videte et cavete et eicite eum. Dura videtur dei sententia quia poenis sederat poenam et eiectionis addidit. Sed haec est hic et poena quam dedit quam iam misericorditer ut verbum de eo appareat. Cum autem finis miseriae non obliviscetur. Et est victuri erant in miseria quanto esset vita diuturnior tanto miserior. sic et gustassent de ligno vitae diucius viverent diucius essent miseri. Nec est mirum si etiam post peccatum per esum ligni illius diucius vixissent. cum adhuc sint quaedam in specie vincentium in [illegible] nullus moritur. et lanugo in foliis arborum apud seres cuius esu prolongatur vita. Etiam allexander scripsit in epistola quam aristoteli direxit magistro suo de sacerdotibus arborum solis et lunae quod esu pomorum longissimam agunt vitam. Et sicut dixerat. Emisit eum deus de paradiso voluptatis ut operaretur terram de qua sumptus est. in agrum scilicet damascenum unde sumptus fuerat. In quo cayn abel fratrem suum occidit. iuxta quem adam et eva sepulti sunt in spelunca duplici. Et collocavit ante paradisum voluptatis cherubin et flammeum gladium atque versatilem. ut angeli arcerent dyabolum. ignis hominem. vel ministerio angelorum posuit ignem ibi qui includeret paradisum igne suo. Quem nomine gladii non cuiuslibet sed versatilis dicit. id est urbium securis quia per poenam sunt homini in usu pro tempore. vel deus est versatilis. id est aptus ad removendum. id est tollendum cum deus vellet. Ablatus est sunt ad reservandum [illegible] helya et enoch. paradisus vero non donec etiam mortui fuissent expectant. Credo quod eius qui consumebat ignis ille per dies quod quaedam species ignis est sicut in vita beati nicholai legitur cui si manum adhibeas ardere sentis sed non pateris adustionem.

Quod dictum est vivat in aeternum ad opinionem hominis dictum est. quasi diceret et comedat hac praesumptione ut vivat in aeternum vel aeternum accipitur pro multo tempore. Quidam dicunt eos in paradiso fuisse vii horis. Eiectionem primorum parentum [illegible] etiam in [illegible] cum eicit eos se [illegible]. aliorum datur in signum tunicarum pellicearum. timere sed hinc ibis. Timens est et in timore [illegible]. In memoriam maledictionis eius candelas ferre. ardentes quae per eos quod porrexerunt manus ad pomum vetitum apposita est ignea rumphea paradiso. Tamen sicut quasi ad alia [illegible] ~~[illegible]~~ et clauderet coram cherubin in signum aditus quem paradisi obclusit. Nos ad mensam sed semper terram comedere quia maledicta terra in opere tuo. Nemo dicit eius ante quam nondum mutatum erat nomine eius.

Cheros vel siccheos nomen oppidi.

nec operetur materia quam consummat, et talis vixit semper. Tertium significatur quare Deus permisit hominem temptari, cum sciret hominem lapsurum. Et de multis in hunc modum dicimus quia ad opus perfectum pertinet quia sic voluit. Si quaeritur cur voluit, insipida est quaestio: quaere causam voluntatis divinae, cum ipsa sit causa summa omnium causarum.

Adam cognovit uxorem suam, scilicet non in paradiso, **De generationibus Ade. Gen. 4º** sed iam reus et eiectus. Breviter legislator generationes Ade transit, festinans ad tempora Abrahe patris Hebreorum, et plures sine certitudine filios et filias. Sed dicunt Methodius martyr in carcere oravit et revelatum est ei a Spiritu de principio et fine mundi, quod et oravit et scripsit, licet simpliciter. Loquitur dicens quod virgines egressi sunt de paradiso, et anno vite Ade xv natus est ei Cayn et soror eius Calmana. Dicunt Hebrei quod in etate xxx annorum tunc fuit unusquisque dici et anni, et post duorum annorum et trium et sic de ceteris. Et potuit ante Cayn multos genuisse qui tacentur hic. Post alios xv annos natus est ei Abel et soror eius Delbora. Anno vite Ade c. xxx Cayn occidit Abel, et luxerunt eum Adam et Eva c annis. Tunc natus est eis Seth xxx anno prime chiliadis, id est primi millenarii; ubi mille anni chilias, spatium mille annorum est. Inchoat et Methodius secundam, scilicet post ccxxx annos Ade, et vocat Seth unam chiliadem. Et in hoc consonat Iosephus qui dicit Adam ccxxx annorum esse cum genuit Seth, sed tamen in Hebreo est cxxx. Sed redeamus ad brevitatem Genesis. Concepit Eva et peperit Cayn, qui interpretatur possessio. Rursumque peperit Abel, qui sonat luctus vel vapor, quasi cito consumendus, cuius nomine significatum fuit quod de ipso futurum erat. Tamen secundum Iosephum interpretatur nichil hic, quia non reliquit semen super terram. Abel fuit pastor et Cayn agricola. Cum esset malignissimus, ut etiam consuleret avaricie, sic terram primus coluit.

Locus in quo luxerunt eum vallis lacrimarum iuxta Hebron. In primo millenario. Chilias chiliadis mille interpretatur.

De oblacionibus fratrum

Post multos dies obtulerunt Domino munera Cayn de frugibus, Abel secundum Iosephum lac et primogenita agnorum. Moyses autem ait de adipibus eorum, id est de pinguioribus gregis etiam obtulit. Creditur autem Adam in spiritu docuisse filios ut Deo offerrent decimas et primicias. Et respexit Deus ad Abel et ad munera eius; ad Cayn vero et ad munera eius non respexit, quia placuit Deo Abel et per ipsum placuit oblacio eius. Quod unde cognitum fuit alia translacio aperit: Inflammavit Deus super Abel et super munera eius. Ignis enim de celo oblacionem eius incendit, ut legitur factum Helie in Carmelo et in Levitico sub Moyse. Munera vero ex avaricia hominis nata Deo non placuerunt. Iratus quoque est Cayn et concidit vultus eius pre verecundia, minorem sibi prelatum videns. Increpans quoque Dominus Cayn dixit: Quare iratus es? Nonne si bene egeris, id est agere proposueris, recipies premium, scilicet a me, vel per te ipsum recipies, posuit Theodotion, acceptabile erit munus tuum. Si autem male, statim in foribus peccatum aderit, id est presto erit in voluntate per quam ingressus est ad opus. Sed tamen quia liberi es arbitrii, sub te, id est sub potestate tua, erit appetitus eius peccati scilicet, et tu dominaberis illius appetitus si volueris. Alia translacio habet: Quare concidit vultus tuus? Nonne si recte offeras, non autem recte dividas, peccasti? Quiesce a prosequendo peccato. Ad te conversio eius et tu dominaberis illius. Recte obtulit quia

deo creatori sed non recte divisit quia se quod melior erat obtulit in medio dyal.
Vel non recte divisit quia meliora sibi retinuit. Spicis vero attritis et cor-
rosis secundum vilia deo obtulit. De morte abel.

Invidens itaque cayn fratri suo: dixit ad eum Egrediamur foras vel
transeamus in agrum vel in campum. Dicit Iosephus quod hic suffusus in summa
timorem libris et morum respicit. Non enim legitur quod dixit ad eum sed intelle-
gitur quod dixerat ei verba domini increpantis. scilicet et consurrexit adversus abel et in-
terfecit eum. Et ait dominus ad eum. Ubi est abel frater tuus? Non ignorans sed in-
crepando ingerens fratricidium. Qui respondit. Numquid custos fratris mei sum. Et
cum vellet occultare scelum. dixit deus. Vox sanguinis fratris tui clamat ad
me de terra. id est notorium est quod fecisti. quia effusio sanguinis hoc indicat
nec eget accusatore quod in evidenti est. Inde est quod in ecclesia quorundam mos est
etiam si nemo accuset pro effusione sanguinis in sacro loco suspecti exhibent
in campis quia sanguis clamat quod si negaverint iudicio dei examinentur.
Nunc igitur maledictus eris super terram vagus et profugus. Maledicto iste in suo
loco maledicto. quod non adam. quia sciebat iste penam prime prevaricationis
tum fratricidium addidit. Timebat ergo cayn ne vel bestie eum devorarent
si egrederetur ab hominibus. Vel si maneret cum eis pro
peccato suo occiderent eum damnatum sic et desperans
ait. Maior est iniquitas mea quam ut veniam merear.
Omnis qui invenerit me occidet me. Ex timore hoc dixit.
vel optando dixit. quasi diceret. Utinam occidat me. Dixit-
que dominus ei. Nequaquam ita fiet. non cito scilicet morieris. Sed
omnis qui occiderit cayn. supplendum est liberabit eum a labo-
re et a miseria. et tunc additur personaliter. Septu-
plum punietur. id est punicio fiet de eo dum vivit in pena
usque ad septimum lamech. quod consonat translacioni
hebreorum. Omnis qui occiderit cayn. septem vindictas exsolvet. Tradunt quidam
penam eius durasse usque ad septimam eius generacionem. quia septem peccata com-
nota misit. Non recte divisit fratri suo invidit. dolose egit vocans in agrum. oc-
cidit procaciter. negavit. desperavit nec damnatus penitenciam egit. Vel omnis
qui occiderit cayn septuplum punietur. id est plus quam iste cayn pro geminacione
homicidii quod non didicit sicut fecit cayn. Et posuit deus signum in cayn tremo-
rem capitis ut sic sciretur punitus a domino et excommunicatus et indignus mise-
ricordia. ne interficeretur. Egressusque a facie domini. habitavit ad orientalem pla-
gam eden. id est deliciarum. Iosephus ait peragratis multis terris cum uxore
sua calmana cayn. collocatus est in loco qui naida appellatur. quo etiam ei fi-
lii nati sunt. Hieronimus tamen dicit. Non est terra naiod ut vulgus nostrum putat. sed ha-
bitavit in terra nod. id est instabilis et vagus quod sonat nod. et dictus cayn nod.

Cognovit cayn uxorem suam que peperit De generacionibus cayn.
ei enoch et fecit civitatem et dixit eam ex nomine filii enoch. Hic patet
quod iam multi fuerunt homines et si non dicatur eorum generacio quos convocav-
it cayn ad urbem faciendam quorum auxilio eam fecit. Et ait Iosephus
quod rapinis et violencia opes congregavit suos ad latrocinia invitabat
et simplicitatem vite hominum ad inventionem mensurarum et ponderum permutavit

Electionem cayn re-
presentat ecclesia excom-
municando sanguinarios pro-
pterea cum eodem excom-
municatio quia et ille et isti
verum fratrem expulerunt.

Maior est iniquitas mea
quam ut veniam merear
quasi diceret. Maior est ini-
quitas mea omni merito.

ad calliditatem et corruptionem perduxit. Terminos agrorum primus posuit et civitates muravit et timens quos leserat suos in urbibus collegit. Porro Enoch genuit Yrad, qui Maviael, qui Mathusael, qui Lamech, qui septimus ab Adam et pessimus, qui primo bigamiam introduxit, et sic adulterium contra legem nature et Dei decretum. In prima enim creatione unica unico fuit mulier, et Deus per os Ade decreverat: Erunt duo in carne una. Accepit quoque duas uxores, Adam et Sellam. Genuitque Ada Iabel, qui adinvenit portatilia pastorum id est tentoria ad mutanda pascua, et greges ordinavit et caracteribus distinxit, separavit quoque greges ovium a gregibus hedorum, et secundum qualitatem ut unicolores a grege sparsi velleris, et secundum quantitatem vel etatem ut anniculos a maioribus, et commissuras certis temporibus faciendas intellexit. Nomen fratris eius Iubal, pater canentium in cythara et organo, non instrumentorum quidem que longe post inventa sunt, sed inventor fuit musice, id est consonantiarum, ut labor pastoralis quasi in delicias verteretur. Et quia audierat Adam prophetasse de duobus iudiciis, ne periret ars inventa, scripsit eam in duabus columpnis, in qualibet totam, una marmorea, altera latericia, quarum altera non dilueretur diluvio, altera non dissolveretur incendio. Marmoream dicit Iosephus adhuc esse in terra Syriaca. Sella genuit Tubalcayn, qui ferrariam artem primus invenit, res bellicas decenter exercuit, sculpturas operum in metallis in libidinem oculorum fabricavit. Quo fabricante Tubal de quo dictum est sono malleorum delectatus ex ponderibus eorum proportiones et consonantias que ex his nascuntur excogitavit, quam inventionem Greci Pytagore attribuunt fabulose. Hinc etiam ex opere ferri cogitavit operari in metallis. Cum enim incendisset frutices in pascuis, vene metallorum fluxerunt in rivulos, et sublate lamine figuras locorum in quibus iacuerant referebant. Soror vero Tubalcayn Noema, que invenit artem varie texture. Lamech autem secundum Iosephum res divinas sapienter sciens, videns Cayn pene subiacere, sibi vero maiorem deberi penam, dixit hoc mulieribus suis sic: Quoniam occidi virum in vulnus meum et adolescentem in livorem meum. Septuplum dabitur ultio de Cayn, de Lamech vero septuagies septies. Lamech vir sagittarius diu vivendo caliginem oculorum incurrit et habens adolescentem ducem, dum exerceret venationem pro delectatione tantum in usu pellium, quia non erat usus carnium ante diluvium, casu interfecit Cayn inter fruteta, estimans feram. Quem quia ad indicium iuvenis direxit sagittam, interfecit illum iratus cum arcu verberans usque ad mortem. Occidit ergo Cayn in vulnere, adolescentem in livore. Vel virum occidit in vulnus et livorem suum, id est dampnationem suam. Et ideo cum peccatum Cayn punitum ~~fuit~~ esset septuplum ut diximus, suum punitum est septuagies septies, id est septuaginta anime et septem egresse de Lamech in diluvio perierunt. Vel hoc magis maioritatem tantum pene notat. Hebrei ita: Mulieres sue sepe male tractabant eum, unde ipse iratus dicebat eis: Putatis quod pro duplici homicidio quod egi ... tractabat eas suadendo penas, quasi diceret: Cum vultis me interficere. Quicumque punietur qui me interficiet quam Cayn.

Cognovit quoque Adam adhuc uxorem suam, **De Seth et eius generatione** que peperit filium et vocavit eum Seth. Dicit Strabus post mortem Abel vovisse Adam non velle se uxori coniungi, sed Deo iubente per angelum fregit votum, ut Dei filii de eo nascerentur. Et Iosephus dicit

Quia abel extincto et cayn fugato adam de procreatione filiorum
cogitabat et vehementer cum generationis amor angebat. Hanc
cogitationem propagationis potius vocare strabus preceptum dei
quod instat crescite et multiplicamini. Sed et seth natus est filius
quem vocavit enos quod sonat homo vel vir, qui rationalis et for-
tis. Iste cepit invocare nomen domini. Forte invenit verba deprecato-
ria ad invocandum deum. Sed plerique hebreorum arbitrantur quod
ymagines ad honorem dei excogitavit et creavit. Vel
forte ad excitandam pigritiam memorie deum effigiavit ut et non fit incerta.

Legitur adam luxisse xxx filios et totidem filias preter cayn et abel. Enoch quedam invenit et quosdam libros scripsisse fertur adam tradidit morituris.

Epylogus [illegible]

Hic est liber generationis ade. Epylogum inserit. Gen. v.
Recepit de generatione ade ut integrum ordinem genealogiarum prosequatur. Inde
quidam ab adam incipiunt primam etatem, alii a seth, quibus assentit methodius
quod ideo dicitur quia de abel nullus natus est, et generatio cayn tota periit in di-
luvio. Vixit autem adam c. xxx annis et genuit seth ad ymaginem et simi-
litudinem suam. Ipse autem adam ad ymaginem dei, reliqui ad ymaginem eius
quod fere idem est. Sed vel potius mortalis mortales. Unde quales erant tales fuerunt.
Forte moyses c. annos luctus ade pretermisit, quia ut dicunt lxx et
methodius et iosephus centum xxx annorum cum fuisset describitur cum genuit
seth. Iste genuit enos, qui caynan, qui malaleel, qui iafet, qui enoch, qui
matusale, qui lamech, qui noe. Sicut ergo in generatione cayn septimus pessimus
fuit lamech, ita in generatione seth septimus optimus fuit enoch et trans-
tulit eum dominus in paradisum voluptatis ad tempus ut in fine temporis cum helya con-
vertat corda patrum in filios. Iudei tamen eum translationis huius potius attribuunt
septenario quam sanctitati eius, quia plures leguntur sanctiores eo quorum nullus
translatus est. In tantum enim aiunt deum omnia sub septenario disposuisse quod etiam
dicunt eum septem celos creasse et cuique nomen suum dat, et septem terras
quas david fundamenta orbis vocat. De annis matusale diverse sunt
opiniones. Secundum lxx vixit xiiii annis post diluvium, sed nec legitur fuisse
in archa nec translatus est ut enoch. Quidam dicunt quod mortuus fuit ante di-
luvium vi annis. Ieronimus asserit quod eodem anno in quo fuit diluvium, quod etiam
diligentis computatio annorum eius secundum genesim manifestat. Tamen omnes in numero
annorum vite eius conveniunt, quia vixit annis d cccc lxix. Porro noe fuit de-
cimus ab adam, in quo prima etas terminata est ita quod et ipse in ea fuit. Huius eta-
tis annos lxx ponunt duo milia ducentos xlii. Ieronimus non plene duo
milia. Methodius duo milia. Ipse tamen per chiliades solum disposuit, non apposuit
annos si superfuerunt. Et ideo nichil certum de numero annorum tradidit. De causis
diluvii. Genesis vi.

Gen. vi.

Noe vero cum quingentorum esset annorum sem cham et iaphet genuit. Moyses dicturus de diluvio premisit causam eius
dicens. Cum cepissent homines multiplicari super terram, viderunt filii dei, id est
filii seth religiosi, filias hominum, id est de stirpe cayn, et victi concupiscentia ac-
ceperunt eas uxores et nati sunt inde gygantes. Tempus quando hoc factum
fuit, utrum sub noe vel ante vel multum vel parum ante, non declaravit. Iosephus
tamen dicit quod usque ad septimam generationem boni permanserunt filii seth, post
ad mala progressi sunt recedentes a sollempnitatibus patrum et ob hoc deum
contra se irritaverunt. Vel possunt dici filii seth demones. Nam mali angeli
multi cum mulieribus coierunt, furiosos filios genuerunt quod ipsi confi-

dicti eciam fortitudine a grecis gygantes dicti sunt. Methodius cum diluuium hominum
propter peccata diffusius expressimus dicens. Quingentesimo anno prime chiliadis ~~s. post~~
~~primam chiliadem~~ filii caym abutebantur uxoribus fratrum suorum nimiis forni
cationibus. Sexcentesimo anno mulieres in vesaniam verse supergresse viris
abutebantur. Mortuo adam seth separauit cognationem suam a cognatione
caym qui redierunt ad natale solum. Nam et pater vivens prohibuerat ne mis
cerentur et habitauit seth in quodam monte proximo paradiso. Caym
autem habitauit in campo ubi fratrem occiderat. Quingentesimo anno secunde chilia
dis. exarserunt homines in alterutrum coeuntes. Septingentesimo anno filii
seth concupierunt filias caym et orti sunt inde gygantes et incepta ter
cia chiliade inundauit diluuium. sic ordinat methodius. Potuit eciam
esse ut incubi demones .i. demones qui solent in sompnis comprimere mulieres
genuerunt gygantes a magnitudine corporum sic dictos denominatos a ge quod
est terra. Sed eciam inmanitati corporum respondebat inmanitas animorum. Post di
luuium tunc nati sunt alii gygantes in ebron. Et post fuerunt in tham ci
uitate egypti a qua et tythanes dicti sunt. de quorum stirpe fuit enachim
cuius filii habitauerunt in ebron de quibus ortus est golias et quidam alii.
Iratus itaque dominus peccatis hominum dixit. Penitet me fecisse hominem .q.d.
faciam quod solet homo facere penitens operis sui delet enim quod fecerat et est sensus dele
bo hominem quem feceram. Non enim permanebit spiritus meus in homine in eternum quia caro
est. quasi non puniam eum eternaliter ut dyabolum. quia fragilis est. sed hic reddam quod meretur
Et tamen penam quam dispono eum dabo ei tempus penitencie si voluerit. erunt quoque dies illius
ad penitendum. scilicet c. xx. annorum. Non enim intelligendum est de spiritu hominis. sed de dei in
dignacione. nec est iste terminus humane vite post diluuium cum post diluuium in
ueniatur homo amplius vixisse. Et dixit dominus hoc ante annos xx. quam inciperet ar
cha fieri ut dicit methodius que facta legitur c. annis. Vel secundum strabum eo anno
dixit quo cepit archa fieri. sed quia in malicia perseverauerunt ante prefixum
terminum. scilicet c. anno deleti sunt. Tamen iosephus ait hunc terminum vite hominum statu
tum. Quod autem deus dicitur tactus dolore cordis intrinsecus forte nichil aliud est
nisi quod homines latebat quantitas diuine offense vel antropospathos est. Noe
vero in generacionibus suis perfectus erat. quasi non illius perfectionis que est in patria sed secundum mo
dum sue generacionis .i. etatis. Et dixit deus ad noe. Finis uniuerse carnis
venit coram me. preter eos qui in archa sunt saluandi. Disperdam eos cum terra .i. cum
fertilitate terre. Tradunt vigorem terre et fertilitatem longe inferiorem esse post
diluuium quam ante. Unde esus carnium homini concessus est cum antea fructibus
terre vescerentur.

De archa noe.

Fecit noe iuxta preceptum domini archam de lignis leuigatis ~~uel~~ politis vel
quadratis. alia littera habet bituminatis. longitudinis .ccc. cubitorum
latitudinis .l. altitudinis .xxx. ad modum scilicet corporis humani in quo longitudo
sexcies maior est latitudine et decies maior altitudine. Est autem lon
gitudo a planta usque ad verticem. latitudo a latere lateris ad extremum. altitu
do a dorso usque ad ventrem. Quod autem archa legitur habuisse xxx. cubitos
in altum in corpore eius intelligitur est a fundo usque ad tabulatum. Impossibile enim
esset summam eius non plus ascendisse et tigna xxx. cubitorum tantam
operire longitudinem et latitudinem. Quod tamen multi de corpore christi tantum dictum
esse voluerunt. quia sic legitur in ysidoro. qui humani corporis mistica ostendit

in quo XVI apparuit. Fuit ergo haec archa in fundamento quadrata,
i. quadrangula, sed in fronte altera parte longiori ab angulis
in altum consurgendo donec in cubito summitas eius perficeretur.
bitumine intus et extra linita, quod est glutinum fervidissimum
quo ligna linita non solvuntur aliqua vi, et materia
bituminata sine menstruo solvi non potest. In lacubus Iu-
deae supernatans colligitur. Incolae terrae vocant illud terram, quia non nisi in terra aliquando
colligitur. In Syria limus est a terra aestuans. Facta sunt in ea cenacula et
tristega, i. distinctiones vel tres camerae distinctae dicuntur a tria. Quia alia
translacio dicit bicamerata et tricamerata. Habuit enim cameras quinque,
quas Augustinus etiam super sentinam dicit ibi fuisse, dicens super tabulatum senti-
ne fuisse ibi bicameratam. Una camerarum erat stercoraria, alia apothe-
caria, et super hanc mansionem erat alia tricamerata. Laterales camere e-
rant. Una immitium alia mitium animalium. Media hominum et avium. Et habue-
ubi bicamerata et tricamerata iungebantur. Alii vero has quinque cameras
in altitudine sola disposuerunt. inferiorem quae est sentina stercorariam dicentes,
secundam super illam apothecariam, tertiam immitium et serpentium, et ubi haec
iungitur ostium ponunt, quartam mitium, supremam hominum et avium. Iosephus
tamen dicit archam quatuor cameris habentem forte stercoraria vel
sentinam non numeravit. Fecit in ea Noe fenestram quam Hebraei cristal-
linam fuisse tradunt, quae in Hebraeo vocatur meridianum, a Symmacho
diluculum. Dicit Rabanus cubitos arte geometrica. Alioquin
tanta capere non valeret. Continet enim cubitus geometricus sex modicos
vel sex pedes. Simplex enim cubitus pedem et dimidium habet. *de ingressu in archam. genesis · 1º*

Perfecta igitur archa, dixit Dominus ad Noe: Ingredere in archam
tu et filii tui, uxor tua et uxores filiorum tuorum. In his octo imper-
natum est genus humanum seminarium, et seorsum viros et seorsum mulieres
nominavit Dominus, cum de ingressu loqueretur, ac si diceret: Tempore afflictionis vacan-
dum est ab amplexibus mulierum. Et ex cunctis animantibus mundis septena bina
induces in archam, i. combinate masculum et feminam. De immundis enim animalibus
fuerunt ibi tantum duo secundum genus suum, i. de singulis generibus unum par. De
mundis vero septem, ut in septimo egressu immolato restaret paria. Immun-
da vocat ea Moyses secundum suum tempus, quae scilicet lex immunda vocat. Et tunc dicun-
tur immunda quia etiam tunc naturaliter esui hominum non erant apta. Ideo dicit naturaliter
quia nulla ad hunc ad edendum concessa. Tolles ergo ex omnibus escis quae mandi
possunt ut sint tam tibi quam illis in escam. Ubi quaeritur utrum etiam de minimis
animantibus introducta sunt ad hunc numerum. Dicit Augustinus quod non quae non generantur
ex coitu non fuit necesse in archa esse, quae scilicet de pulvere ut pulices vel
de humoribus vel corruptionibus nascuntur. Quod autem generata sunt introducta
sunt immunde cum addit secundum genus suum vel in genere suo. Quaeritur etiam si sine trans-
gressione mandati ibi aliqua fuerunt quae necessitas alendorum eorum quae vescuntur
ex carnibus coegisset induci. Dicit Augustinus posse esse sine carnibus alimen-
ta etiam maxime cum ea quae carnibus vescuntur sicut et castanea vesci
possunt praesertim cum omnibus vesci cogit fames. Forte etiam nondum animalia
carnibus vescebantur sicut nec homines. Fecit ergo Noe cuncta quae Dominus prae-
ceperat sibi. Sexcentesimo anno vitae suae ingressus est Noe in archam cum

Cum angeli loquuntur cum Deo ut faciendum ... ad quintum ... vel forte ab ... quia undique clausa

De cubitu geometrico

gen · 1º

Hic secundum Iosephum.



Duplex dispositio arche.

Hic secundum Augustinum et Moysen



omnibus que dixerat ei dominus · que et nutu divino et angelorum ministerio adducta sunt mense secundo · die xvii · mensis qui ab hebreis marsevan dicitur a latinis maius a macedonibus dyon · Moyses autem in legitimis nisan · id est aprilem primum mensem constituit · Secundum iosephum vero in contractibus et alia gubernacione seculi decembrem tenuit et usualem ordinem mensium servavit · Dicit iosephus quod ab adam usque ad hoc tempus fuerunt anni duo milia sexcenti quinquaginta sex · quod in sacris litteris esse conscriptum integritate servatum est · De cathaclismo ·

Ingresso noe archam rupti sunt fontes abyssi · id est aque que sunt in visceribus terre et cataracte celi · id est fenestre aperte sunt · id est nubes · Cataracte proprie · id est meatus nili cum in septem ostia separatur vel loca eius per que cathadupla vocantur · abusive quilibet aquarum meatus cataractales · et pluit super terram · xl · diebus et noctibus et elevata archa in sublime ferebatur · super omnes montes excrevit aqua altior cubitis · xv · ut ablueret sordes aeris usquequo ascenderant opera hominum · usque ad eundem locum ascendet ignis iudicii ob aeris purgacionem · Sed non videtur opera hominum tantum ascendere potuisse cum olimpus ad liquidum usque ad liquidum aera evadat super quem littere scripte in pulvere per annum reperte sunt stetisse immobiles ubi pre nimia aeris raritate nec etiam aves vivere queunt · nec philosophi ascendentes absque spongiis plenis aque aliquantulum ibi manere potuerunt quas naribus apponentes crassiorem inde aerem extrahebant · Sed sunt qui putant montem altitudinem sue non fuisse tantam quanta nunc est vel forte in sublimibus edificantes ignem accendebant cuius vapor et favilla multum ascendere potuerunt et aera maculare · Et cum intrasset noe clausit dominus ostium et bitumine linivit exterius et mortua est omnis anima vivens super terram et obtinuerunt aque terras ita equalitate · cl · diebus ab illa · scilicet die qua ingressus est noe · Post dies · cl · ceperunt aque minui mense · scilicet vii · id est · xxvii · die mensis requievit archa super montes armenie illic arche reliquias usque nunc provinciales ostendunt · Huius diluvii et arche ut dicit iosephus memoriam faciunt qui barbarorum historias conscripserunt · De quo berosius caldeus sic ait · Dicitur navis eius que in armenia venit circa montem cordueon adhuc aliqua pars esse et quidam bitumine exinde tolli quo maxime homines ad expiacionem utuntur · Meminit eiusdem hieronimus egipcius qui antiquitatem conscripsit · Manasses damascenus de eo ipso sic ait · Est super minadam excelsus mons in armenia qui baris appellatur in quo multos confugientes sermo est tempore diluvii liberatos fuisse · et quendam simul in archa devectum etc · Decimo tandem mense prima die mensis apparuerunt cacumina montium · Cumque transissent · xl · dies aperuit noe fenestram et emisit corvum qui non revertebatur forte interceptus aquis vel inveniens supernatantia cadavera in aquis illectus est eo · Tamen iosephus ait · Sed cuncta inveniens inundancia regressus est ad noe · Emisit quoque columbam post eum que cum non invenisset ubi requiesceret pes eius reversa est ad noe · Sed nondum cacumina moncium iam erant nudata forte nondum siccata et sic in palude residere non potuit sicut nec in aqua · vel per contemplacionem prius potest intelligi forum quod est postea dictum · Post dies septem iterum emisit eam que non est ultra reversa

Glosa · Secundum primum diem octobris qui septimus est ab aprili · illa enim est cl · ab ingressu

Glosa lunacio secundi qui ab aprili inchoata in maio terminatur · lunacio a medio mense incipit et in medio alterius terminatur et unicuique xxx dies attribuuntur nulla facta mentione minutiarum ·

ad eum. Ergo sexcentesimo primo anno primo mense prima die mensis aperuit noe tectum arche et vidit quod exsiccata esset superficies terre. sed egrediendi expectabat divinum preceptum. De egressu noe et uxoris gen. 8.

Mense secundo xxvii die mensis dixit dominus ad noe egredere de archa tu et uxor tua filii tui et uxores filiorum tuorum et cuncta animantia que tecum sunt educ tecum. Ac si diceret eis Nunc redit tempus amplexandi ut multiplicemini super terram. Mox ei subiungit. Crescite et multiplicamini. Et egressus est noe cum viii animabus que erant cum eo eadem die qua ingressus fuerat revoluto anno. Ingressus est enim luna xvii mensis secundi. licet alia translatio habeat xxvii. Et egressus est xxvii luna quia quota est luna hodie si undecim addas tota erit eadem die revoluto anno nisi maior mensis qui xxx excreverit excogitandam et epacta. Si hodie prima. eadem die in sequenti anno xii. Nec moveat te quod dixi egressum xxvii luna cum liber dicat xxvii. potuit enim esse prius esse .i. diluculo consecutivo xxvii luna egressus sit iam imminente xxviii. Media vero tertia quolibet noe extremorum sepe vocatur ut cum dominus crucifixus fuerit in tertia et sexta. unde et in conversione dicitur hora tertia. alii hora sexta. vel potius quia vii. dierum nona. si in tertia feria est luna xvii. revoluto anno in eadem tertia feria erit luna xxvii. quia computus dierum per unam diem descendit in martilogio. Ubi gratia kalende ianuarii sint in dominica die et luna vii. revoluto anno in kalendis ianuarii reperta luna erit xviii. sed kalende erunt in secunda feria. quo die dominica ante kalendas erit luna xvii. et sic a dominica in dominicam revoluto anno. non additur lune nisi x. sed a kalendis in kalendas xi. Et edificavit noe altare domino et de mundis animantibus septimum obtulit domino. Ideo et instat domino. vii. secundum genus suum induci ut septimo oblato sex sufficerent propagationi. Locum autem quo egressi sunt armenii egressorium vocant. Filii vero noe dixerunt. thanon .i. octo proinde egressorum. Ob hoc dicunt quidam quod noe fecit altare domino de octo lapidibus. et odoratus est dominus odorem suavitatis et ait ad noe. Non ultra maledicam terre propter homines. quia proni sunt ad malum. Tempus sementis et messis frigus et estus nox et dies non requiescent .i. continue sibi cedent sibi. Forte videtur ita plene distincta fuerint quatuor tempora quia nec usque ad diluvium aque fuerint collecte in nubibus Et benedixit eis dominus dicens

genes. 9.

Crescite et multiplicamini et sit tremor vester super cuncta animantia terre. hoc datum est in solatium eis ne pauci homines a pluribus bestiis timerent opprimi. Quasi olera virentia tradidi vobis omnia excepto quod carnem cum sanguine non comedetis .i. animal suffocatum. et prohibuit deus homicidium eis. Et quia magis timebat ne dominus aquas diluvii inundaret super terram. et noe continue orabat ne hoc fieret ut iosephus refert. pepigit ei dominus fedus quod ultra non fieret diluvium. Et in signum federis huius posuit arcum suum in nubibus. Et in signum duorum iudiciorum est. iudicium per aquam preteriti ne timeatur et futuri per ignem ut expectetur. Inde est quod duos habet colores ceruleum qui aquosus est et est exterior. quia preterit et rubeum qui est igneus quia est interior quia futurus est ignis Et tradunt sancti quod xl annis ante iudicium non videbitur arcus quod certa

ostenditur propter desiccationem aeris iam incepturi. **De ebrietate Noe et maledictione Chanaan.**

Coepit Noe exercere terram et plantavit vineam labruscas inveniens per cultum
ad usum vineae trahens. bibensque vinum et ignorans vim eius inebriatus
est et dormiens nudatus est in tabernaculo suo. pudendis ei feminibus solutis per
ebrietatem. Quod cum vidisset Cham pater Chanaan verenda patris nudata irridens nun-
ciavit hoc fratribus. Quod illi pallium imponentes humeris et euntes retror-
sum ne viderent. operuerunt patris verenda. Quod quia homines nondum utebantur
feminalibus. Evigilans Noe cum didicisset quod fecerat ei filius suus minor
ait. Maledictus Chanaan puer servus erit fratribus suis. Hic quaeritur
quomodo Cham dicatur minor filius cum esset medius natu. Potest dici minor. i.
indignior. vel forte minor statura. Vel de Iafet dicitur quod cum minor esset
prudentior fuit Cham maiore. Maledixit autem non filio sed filio filii
quia sciebat in spiritu filium ipsum non futurum servum fratribus sed semen eius per occisionem
de semine. sed contra quod de Chanaan. quia peccata patrum saepe vindicantur in filiis
et est sensus. Hic non leteris de filio tuo sicut nec ego de te. Et addidit
Benedictus deus Sem. sit Cham servus eius. prophetia est quia similiter in filiis Sem
cultum veri dei permansurum. Dilatet deus Iafet et habitet in tabernaculis
Sem. sitque Chanaan servus eius. et haec prophetia est. Heredes enim quod de Iafet
dilatati sunt in mundo / deo auctore. et cultum idolorum deo permittente. Et post haec
inserti sunt trunco olivae. i. conversi ad fidem. Et impleti sunt dies Noe. nongenti
ti. l. annorum et mortuus est. Dicit autem Iosephus quod nemo putet falsa quae
de antiquorum longevitate scripta sunt. quia propter virtutes et gloriosas utilitates
quas tunc perscrutabantur. i. astrologiam geometriam deus amplius eis
condonavit spatia quae aliter discere non potuissent. nisi dc vixerint annos
per totidem annorum curricula magnus annus impletur **De dispersione filiorum Noe. genesis 10º.**

Redit Moyses ad principium genealogiae Noe dicens. gen. 10.
Hae sunt generationes filiorum Noe. et incipit a Iafet ut ultimo loco po-
natur Sem cuius ~~suscepcione~~ tempore reddit successionem. Texuntur autem
ex eis. lxxii generationes. xv de Iafet. xxx de Cham. xxvii de Sem
hi tres disseminati sunt in tribus partibus orbis secundum Alcuinum. Sem Asiam
Cham Affricam Iafet Europam sortitus est. Vel expressius dicitur secundum Iosephum
filii Iafet optinuerunt septentrionalem regionem a Tauro et Amano
montibus Ciliciae et Syriae usque ad fluvium Thanaim In Europa vero usque ad
Gadira. Filii vero Cham a Phenicia Syria et Amano et Libano montibus
cunctas terras optinuerunt quaecumque ad mare sunt positae apprehendentes etiam
eas quae usque ad oceanum sunt et proprias facientes appellationes. Filii vero
Sem usque ad oceanum seorsum habitaverunt Asiam ab Eufrate facientes
initium. Nunc enim generationem Sem intermittens alias consequenter hoc tantum addens
quod Chus filius Cham dicitur et filius Chus Nemroth qui coepit primus esse po-
tens in terra et robustus venator hominum coram domino. i. extinctor et oppres-
sor amore dominandi. et cogebat homines ignem adorare. Ab hoc exorto
inolevit ad dicendum de aliquo qui fortis sit et malus quasi Nemroth ~~ro-~~
~~bustus~~ robustus venator coram domino. Hoc ideo dixerim quia Metho-
dius dicit hunc fuisse de filiis Hyron filii Sem. Et vero primus tem-
pus regnandi ostendit agens de quodam filio Noe de quo non egit Moyses

¶ Magnus annus completur cum singulis planetis orbibus ad loca sua creationis ut sit annis
non paucioribus quam. d. et xxx. Mundanus vero annus cum stellis ad prima loca
reversis quod fit decem post. xv annorum non cum minori spatio ad loca ipsa redeunt
et gradus. Tamen secundum Macrobium magnus annus dicitur. xv milia annorum tamen
planetarum quam minorum stellarum non cum autem in eisdem partibus erunt in quibus modo sunt
omnes simul.

Margin (left): [illegible]

ces sic dicens. Centesimo anno tercie chiliadis natus est noe filius in similitudinem eius et dixit eum ionithum. centesimo anno dedit noe donaciones filio suo ionitho et dimisit eum in terram etham vel etham et intrauit eam ionithus usque ad mare quod dicitur elyosthorim i. solis regio. Hic accepita domino sapiencie et inuenit astronomiam. ad quem veniens nemroth gigas eruditus est ab eo et accepit ab eo consilium in quibus regnare posset. Ionithus iste futuros quosdam euentus predixit et maxime de ortu quatuor regnorum et occasu eorum per successionem quod eciam plane expressit daniel. Et predixit discipulo suo nemroth quod primi regnarent de cham de quo belus descendit. post de sem medi et perse et greci. et post de iafet romani qui eciam regnauerunt. A quo rediens nemroth accensus amore dominandi sollicitauit genus suum sem ut imperaret aliis qui primogeniti sunt noluerunt. et ideo transiuit ad cham qui acquieuit et regnauit super eos in babilone. et ex inde deus est de filiis cham. Sed si verum fuit de filiis cham tunc nulla est questio quare de illos regnauit. Ninus ex cepit regnare iterum super filios sem. Cessente super filios iafet. Narrat autem metodius in libro quem composuit super genesim quod extra filios noe ad huc eo viuente nati sunt xxxii milia virorum et v exceptis mulieribus et paruulis habentes super se tres duces quos prediximus.

Caldei ignem adorabant et cogebant homines idem facere comburentes alia ydola. Sacerdotes vero canopi hoc audientes quod magnam ydolum in honore beli formauerunt ~~monerunt coronam auream~~ hii timentes ipsum moueriunt coronam auream et posuerunt vas fictile ad modum corone perforatum foraminibus et cera obturatum. Venientes itaque caldei apposuerunt ignem et liquefacta cera aque defluxerunt que erant in corona et extinxerunt ignem et superauerunt canopei ydola.

Post obitum vero noe mouentes **De turre babel genesis xi.** pedes suos ab oriente conuenerunt duces in unum campum senaar et timentes diluuium consilio nemroth volentis regnare ceperunt edificare turrim que pertingeret usque ad celos habentes lateres pro saxis et bitumen pro cemento. Descendit autem dominus ut videret turrim i. animaduerteret ut puniret et ait. Venite confundamus linguam eorum ut non intelligat quisque vocem proximi sui. In hac diuisione nichil noui fecit deus. quia voces eedem sunt apud omnes gentes sed pro eadem modos et formas diuersas gentibus diuisit. De hac turre dicit iosephus quod latitudo eius erat ita fortissima ut prope eam aspicientibus longitudo eius videretur minima. Dii vero ventos immittentes euerterunt turrim et vocem propriam unicuique prebuerunt. propterea babilonem contigit vocari babel. babel enim hebrei confusionem appellant. De hac turre meminit sibilla dicens. Cum omnes homines vocis unius essent quidam turrim edificauerunt excelsam tamquam ascensuri per eam in celum. De campo vero senaar in regione babilonis meminit esticius non expositor leuitici sed alter historiographus dicens ita. Cum de sacerdotibus sunt erepti ionis sacra sumentes in senaar babilonis venerunt dimissique sunt post hoc. diuersitate linguarum migraciones agentes apprehenderunt mediterranea simul et maritima. Nec pretereundum puto quod moyses dicit regma filium chus duos habuisse filios saba et dadan. Iosephus vero dicit sabam et iudam. quorum iudas ethyopicam gentem hesperiorum inhabitans in eius nomine suum reliquit. Quod autem subditur de terra senaar egressus est

Assur · intelligendus est quod Nemroth eum expulit vi de terra illa et ipse exivit
iure hereditario · Vel non est intelligendum de Assur filio Sem qui invenit purpuram
et unguenta crinium vel corporum · de quo Caldea et Assiria dicta est · Sed Assur
id est regnum Assiriorum inde egressum est quod tempore Sarug proavi Abrahe factum
est · Regnum quidem habuerunt Babilonie qui de semine Nemroth usque
ad tempus Cyhadis vel ultimum regem continuisse · Interim vero optinuerunt
Egyptios et Assirios etc · Incidencia · In diebus Sarug Belus Nemrodi
rex Babilonis · quia fuit et alter Belus rex Grecie · intravit Syriam sed
parum optinuit in ea · Quo mortuo filius eius Ninus totam optinuit Sy-
riam · et Ninivem que caput regni erat in Assiria tunc dictam ampliavit
et a suo nomine Ninive dixit · Inde est quod quedam historie dicunt regnum
Assiriorum incepisse ab antiquo Belo quod verum est quantum ad initium · Alii dicunt
incepisse a Nyno quod verum est quantum ad regni ampliacionem · Ninus vicit etiam
qui adhuc vivebat et regnabat in Bactria · Et dicebatur Zoroastres
inventor magice artis qui et vii liberales artes in xiiii columpnis
scripsit vii eneis et vii latericiis contra utrumque diluvium · Ninus vero liber
eius combussit ab eodem orta sunt ydola sic · Mortuo Belo Ninus in solacium
doloris ymaginem patris fecit sibi · cui tantam exhibebat reverentiam
ut quibuslibet reis qui ad eam confugissent parceret · Proinde homines de regno
eius divinos honores ymagini eius ceperunt impendere · Hinc exemplo plurimi cari-
ris suis mortuis ymagines dedicaverunt · et sicut ab ydolo Beli ce-
tera sumpserunt originem · sic ab eius nomine generale nomen · Dictus enim deus Belus
ab Assiriis sic alie naciones ~~sic~~ secundum ydiomata lingue sue dixerunt
Alie Bel · alie Beel · alie Baal · alie Baalim · primo et nomina specificave-
runt · alie Beelphegor · alie Beelzebub dixerunt · Sed tandem series
genealogie Sem prosequamur · **De generacionibus Sem ·**

Sem c annorum erat quando genuit Arfaxat biennio post diluvium
Repugnare hinc videtur quod dictum est supra quingentesimo anno Noe
natum Sem et sexcentesimo inundasse diluvium · ergo post diluvium cen-
tenarius erat Sem · et biennio post centum et duorum annorum · sed mos est
scripture facere sepe liminorem minorum ponere paucis annis si superfue-
rint tacitis · Potest ergo dici quod Sem centum annorum et duorum erat · sed duos
tacuit scriptura · Vel Noe cum genuit eum quingentorum annorum erat et
duorum vel duo anni decerant ad sexcentos cum inundaret diluvium · Vel
ita legatur · Sem centum annorum erat post diluvium · et erat biennio post
diluvium quando genuit Arfaxat · Josephus tamen dicit quod Sem filius
Arfaxat natus est post annos xii · post diluvium quod forte vicium scrip-
toris est · Arfaxat genuit Sale quem in Luca dicitur Caynan qui condidit
Salem · qui Heber a quo Hebrei dicti sunt secundum Josephum · Augustinus vero dicit
incertum quod utrum ab Heber dicti sunt Hebrei vel ab Abraham quasi Abrahei
Heber genuit Phalech et Iectan · Phalech hebraice divisio est · eo quod
in diebus eius per divisionem lingue divise sunt gentes et divisio terrarum facta
sed solum ipso dicitur percipue factam esse · quia ipso et filius eius remanente antiqua
lingua alii quasi ab eo divisi sunt · Phalech genuit Reu vel Regau
qui Sarug · qui Nachor · qui Thare · Thare cum esset
lxx° annorum genuit Abram · Nachor et Aran · et est ordo preposterus
Aram enim primogenitus · et Abram ultimus fuit · et forte non genuit

Compendium ydolorum

Epiphanes primus ydola
in Egypto ·

cos cum esset ynus lxx · sed tunc cepit generare et sine tribus eos genuit
Tunc thare tertium · secundum etas lxx secundum lxx annos mille et · lxxii · et secundum
methodium cyliade · secundum hebraicam veritatem annos mille · et · cc · xcii ·
Et tot annos dicit moyses ad nativitatem thare · sed usque ad nativitatem
abrahe protenditur hec etas · Porro aram genuit loth et iescam
que dicta est et sarray et melcham · et mortuus est aran ante patrem suum in
ur caldeorum · Et est nomen civitatis ur secundum iosephum ubi et hactenus
sepulturam eius ostendunt · hebrei ur ignem dicunt · Et fabulantur quod caldei
in ignem per quem primos suos [illegible] succenderunt aram et abram
quia ignem nolebat adorare et aran ibi consumptus est abram dei auxi-
lio liberatum · Unde dicit Ego sum qui eduxi te de ur caldeorum · Thare vero
lxx odio terram propter luctum aran non valens sustinere iniurias que fiebant
ei ut ignem coleret statuit peregrinari et dedit nachor melcham uxorem
abrae vero sarray · et loth fratrem uxoris in filium adoptavit quia sa-
ray sterilis erat · De egressu thare et suorum de chaldea.

Egressus est ergo thare cum illis ut iret in terram chanaan veneruntque
usque ad aram mesopotamie civitatem · lxx posuit charram
quia cum h aspiracionem utrumque habent in grecum utrum non poterunt et ch
per utrumque aspiracionem posuerunt · quia sicut apud latinos sic forte apud grecos
eos vocales in principio tantum aspiratur · Unde et filium noe haal dixerunt
cham inde est quod varie legitur oreb vel choreb raab vel rachab
mesopotamia vero a circumfluentibus aquis nomen accepit · meso
enim medium · potamos aqua · sicut aquilegia dicitur quasi aquas legens Et
facti sunt omnes dies thare cc · v · annorum et mortuus est in aram · De

Dixit dominus ad abram Egredere annus abrahe post mortem patris egressus
de terra tua et cetera · lxxv annorum erat abram cum egrederetur de aram
iosephus ait · dimisit chaldeam cum lxxv esset annorum domino iube-
nte ut migraret in chanaan · Si ergo post mortem patris abram erat
lxxv annorum patet quod diximus quod thare plus quam lxx annos habebat cum ge-
nuit abram · Si in illa enim etate genuit abram tunc post mortem patris
erat abram · c · xxxv annorum · Augustinus tamen dicit per recapitulacionem hoc esse dictum
Adhuc enim vivente patre cum esset · c · xxx · annorum et abram · lxv · egressus
est de aram relinquens ibi patrem et fratrem et in itinere dum iret mesopota-
miam dominum locutum ei dicens Egredere de terra tua et de cognacione tua et
non qui iam esset egressus sed animo redeundi ad eam ad hunc habebat · quia di-
cit · Qui est egressus corpore egredere et mente · Tunc dicat verum esse tradicio-
nem hebreorum qui et annos thare · lxx posuit cum genuit abram et mor-
tuo patre egressum abram de aram et plurium cum esse annorum tunc que in
scripturis dicatur · sed annos eius computatos ab illo tempore quo deus eruerit auxilio ig-
ne caldeorum ex quo confessus est dominum contempnens ydola caldeorum · Et dicit iose-
phus quod iam decidebat vita hominum paulatim declinans usque ad moysen
in quo terminum vite quem statuat dominus cum ait penitet me fecisse ho-
minem · confirmavit · i · completum ostendit · centum enim et viginti annorum
moyses mortuus est · De adventu abre in terram chanaan

Tulit ergo abram sarray et loth et animas quas habebant in aram
· i · arancia quas ibi acquisierant et ingressi sunt terram chanaan et venit ad
iiii

Lectio tertia
secundum iosephum
Iosephus dicit

Quia caldei ignem
vel alia ydola co-
lebant pro abram ·

gen · 12°

ad Sychem quae corrupte Sychar saepe legitur et ad vallem illustrem quae pen
thapolis tunc dicebatur a quinque videlicet urbibus Sodomorum quae nunc mare
mare salis vel mortuum dicitur quia nihil in eo vivit et nihil in eo mergi potest
... animam vel locus asphalti, id est bituminis, quod dicitur iudaicum vel vallis
salinarum. Apparuitque dominus Abram et dixit ei: Semini tuo dabo terram
hanc. Qui aedificavit ibi altare domino qui apparuerat ei. Inde ut Iosephus
sic ait: primus praesumpsit pronuntiare deum creatorem unum esse, et opiniones
quas ceteri de deo habebant innovare et immutare praevaluit. Hoc autem co
iciebat per terrae passiones et maris et per ea quae contingunt circa solem et lunam
et ex aliis quae circa caelum fiunt. De eodem etiam eum meminit Berosus
dicens: Post diluvium decima generatione fuit apud Chaldaeos vir in caelesti
bus ... expertus. Inde transgrediens Abram tetendit tabernaculum inter Bethel
et Hay et ibi aedificavit altare domino et perrexit Abram vadens ultra
progrediens ad meridiem. Quod autem subticet Moyses historiae causa
vel quia notum habitavit ante in Damasco. Unde et nomen eius est usque nunc ibi
in vico Damascena ... in Glossa. Et vicus ostenditur qui ab eo dicitur habitatio Abrahae.
Unde Nycholaus Damascenus: Abram regnavit in Damasco veniens
advena cum exercitu de terra quae super Babylonem dicitur Chaldaeorum vel Ur Chaldaeorum.

De descensu Abrae in Egyptum et reditu eius inde

Facta est fames magna in terra
Chanaan et descendit in Egyptum Abram, timensque libidinem Egyptiorum
ne eum propter speciem mulieris occiderent, sororem suam dixit eam esse et sub
lata est ei mulier pulchra valde in domum Pharaonis. Abram vero bene usi
sunt Egyptii propter eam. Deus vero desiderium regis impedivit ne tangeret eam, con
tudit et [illegible] ... Cumque pro salute regis sacerdotes sacrificarent,
sacerdotes per iram dei hoc accidisse significaverunt eo quod iniuriam uxori
peregrini inferre voluisset. Vocavitque Pharao Abram et dixit ei: Cur
non indicasti quod uxor tua esset? Ecce coniux tua, accipe eam et vade. Et
praecepit rex viris ut deducerent eum. Erat autem dives valde in auro et
argento, in servis et ancillis et iumentis. Arismetricam autem et quae
de astrologia sunt Egyptiis tradidit ante eis ignota, a quibus postea
venerunt ad Graecos. Reversusque est Abram usque ad locum ubi fix
erat tabernaculum inter Bethel et Hay. Et pariter erat cum Loth ... pas
tores eorum inter se rixarentur pro pastu, optionem etiam concessit Loth.
Et elevavit Loth oculos vidit regionem Iordanis, elegit eam sibi et
moratus est in oppidis Sodomorum. Abram vero descendit ad convallem Ma
bre iuxta Ebron et habitavit ibi. Fecitque ibi altare domino. Ebron ci
vitas est quae et Cariatharbe dicitur, id est civitas quattuor. Arbe enim quattuor, cariath
dicitur civitas. Ibi enim sepulti sunt Adam maximus, Abraham et Ysaac et Ia
cob cum uxoribus suis. Mambre, Es
col et Aner fratres erant et confoede
rati sunt Abrae. A primogenito vero eorum
vallis cognominata erat. Habitavit autem
ibi Abram circa quercum vel terebintum cuius
radices adhuc apparent, quam ... nominatam
vocavit Iosephus dicens: Habitavit autem
Abram circa ylicem quae vocatur ... vel ... ibi promisit ei deus qui

Arbor illa secundum Ieronimum usque
ad tempus Theodosii imperatoris
duravit et ex illa haec fu
isse perhibetur quae modo licet
arida tamen medicinalis
est, de qua qui tulit secum iu
mentum eius non offendit.

Chimgis dolere de corruptione soro
ris vel uxoris.

c. 13º

Genesis 13º

omnem terram circumstantem per quatuor mundi partes daret ei et semini eius. **De victoria abrahe et occursu melchisedech**

genesis 14°

Factum est in illo tempore ut amraphel rex sennaar, id est rex babilonis etc. Iam tunc tantum processit libido dominandi quod quelibet civitas regulum habebat, quorum plurimi alicui maiori regi serviebant, tamen omnes subditi erant monarcho assiriorum. Quinque civitates sodomorum: sodoma, gomorra, adama, seboim, bala que et segor, quinque reges habebant. Has subiugaverat sibi chodorlaomor rex elamitarum et tributarias sibi fecerat, et xii annis servierunt ei in tributo. xiii noluerunt sibi dare. Proinde chodorlaomor xiiii° anno assumens secum tres reges babilonis et ponti et gentium, collecto exercitu convenerunt in valle silvestri in qua erant putei bituminis que per iram dei post versa est in mare mortuum, et circumiacentia loca depopulati sunt. Et egressi sunt quinque reges pentapolim ut pugnarent adversus quatuor, et terga verterunt et ceciderunt plurimi, et qui remanserunt fugerunt ad montes. Tulerunt autem victores omnem substantiam eorum et captivos duxerunt, etiam et loth et substantiam eius. Et ecce unus qui evaserat nuntiavit hoc abrahe hebreo vel transfluviali sic dicto quod de terra ultra eufraten venerat. Qui numeravit expeditos vernaculos suos ccc xviii, et tres federatos fratres mambre, aner et escol, et secutus est eos usque dan, qui est unus de fontibus iordanis, et ab eo oppidum dan dictum est quod nunc paneas dicitur. Alter est ior dictus, qui in unum federati iordanis dicitur. Et irruit super eos nocte divisis sociis in tres turmas, dormientes trucidavit, vigilantes pre ebrietate pugnare non valentes fugerunt. Et persecutus est eos usque oba que est ad levam damasci, et reduxit loth et mulieres et populum et omnem substantiam eorum. Occurrit autem ei rex sodomorum ad locum qui dicitur vallis regia in via solime civitatis vel salem que post iherusalem dicta est. At vero melchisedech rex salem obtulit ei panem et vinum. Quod quidam exponentes iosephus ait: ministravit exercitui xenia, id est prandia munuscula, et multam habundantiam rerum optimarum simul exhibuit, et super epulas benedixit deum qui abrahe subdiderat inimicos. Erat enim sacerdos dei altissimi. Cui abraham decimas dedit ex omnibus spoliis, et tunc primum decime leguntur date, primitie vero ab abel. Et ait ad eum rex sodomorum: Da mihi animas, cetera tolle tibi. Et noluit abraham minimum quid tollere exceptis que comederunt iuvenes et partibus virorum qui venerant cum eo. Hunc melchisedech aiunt hebrei fuisse sem filium noe et vixisse usque ad ysaac, et omnes primogenitos a noe usque ad aaron sacerdotes fuisse, qui in conviviis et oblationibus populo benedicebant et habebant primogenita, de quibus post explicabitur.

Iosephus in hoc libro suo: Potentissimus chananeorum qui lingua patria iustus rex appellatus est, primus deo sacrificium exhibuit et templum edificavit, i. [illegible] et urbem quam iherusalem dixit cum antea solima vocaretur. Chananeis post expulsis primus iudeorum [illegible] in ea regnavit.

De ortu iubilei.

Ob hanc victoriam tradunt iubileum habuisse, sicut pro hac remissione captivorum. Iobel enim remissio vel initium dicitur. Unde iobeleus remissivus vel initians. Ob hoc institutus est quinquagesimus, quia tunc erat loth [illegible]

ut dicunt quidam quinquaginta annorum vel tunc erat quinquagesimus annus ex quo locutus fuit Abrahe in via vel ex quo egressus erat de Charram. Vel Abram peritus erat astrorum in quibus etiam secundum quosdam Zoroastrem magice artis inventorem instruxit. Notavit quod ex aeris temperiem que fiunt ex elevatione vel depressione planetis scilicet usque ad quinquaginta annos ad pristinum redeunt. et quod vidit fieri in astris voluit imitari in terris.

De sacrificio Abrahe post promissionem hereditatis. Genesis 15º

His transactis locutus est dominus ad Abram. Protector tuus sum. Et merces tua magna nimis. Et dixit Abram: Quid dabis mihi? Ego vadam absque liberis et Damascus Eliezer procuratoris mei erit heres. Ab hoc Damasco meus. quasi diceret. Quid michi de promissione terre cum desit heres. Aiunt autem Damascum esse conditam et nominatam et ibi eum regnasse. Et dixit dominus ad eum. Non erit hic heres tuus. sed qui egredietur de utero tuo. Credidit Abram deo et reputatum est illi ad iusticiam. et quia terram promittebat quesivit Abram signum unde hoc fieret non ex diffidencia sed sperando et modum querendo. et hinc maxime mos tolentur Iudeis signa querere. Et ait dominus. Sume tibi in estrino vaccam et capram et arietem quoque trima. et turturem et columbam. quasi diceret. immolabis mihi hec et ostendam tibi signum. Qui tollens hec animalia divisit per medium et partes contra se alterutrum posuit et diu expectavit preceptum domini de modo immolandi descenderunt volucres super cadavera et abigebat eas Abraham. Cumque sol occubuisset irruit sopor super Abraham et horror magnus qui fuit pro signo et dictum est ad eum. Scito prenoscens quod peregrinum futurum sit semen tuum in terra non sua et subicient eos et affligent quadringentis annis. tu autem ibis pus ad patres tuos. generatione autem quarta revertentur huc. quasi diceret. Non expectes te regnaturum modo in terra hac nec etiam semen tuum post te. te enim primo mortuo post quadringentos annos implebitur promissio mea. Nec est intelligendum quod tot annis fuerint in Egipto. sed hic numerus annorum in illa afflictione completus est. quia secundum Ysidorum ab isto tempore computatur quo ista Abrahe promittitur. Augustinus ab Ysaac nato computat. quia dictum est semen tuum et ab anno nativitatis Ysaac usque ad annum egressionis de Egipto numerantur quadringenti quinque anni. sed scriptura subticet quinque. et legitur littera sic. Semen tuum peregrinum erit quadringentis annis. Sive enim in terra Chanaan sive in Egipto peregrinum fuit donec habuit hereditatem ex promissione dei. Illud autem interpositum subicient vos servituti et affligent non refertur ad annos quadringentos. Quod autem dictum est in quarta generatione eos redituros secundum tribum sacerdotalem intelligendum est. Levi enim genuit Caath. qui genuit Amram qui genuit Aaron qui Eleazar qui cum Aaron egressus est. Nec dicimus quatuor generationes personas sed successiones ut tot sint generationes quotiens ibi legitur genuit. Quod alia littera habet. V. generatio secundum regiam tribum est. Iudas enim genuit Phares qui Esrom qui Aram. qui Aminadab qui Naason qui cum patre egressus est. Et facta est caligo et apparuit ignis quasi clibanum transiens inter divisiones illas et consumens eas. Ecce signum et terminum promissionis terre diffinivit ei dominus a rivo Egipti usque ad fluvium Eufraten et populos eius nominavit...

De fuga Agar et ortu Hismahelis. Genesis 16º

Quidam signum querunt per admirationem ut beata virgo et Zacharias Luce 1º. Gedeon Iudicum 6. Abraham Genesis 15. sed non ex diffidencia. Luce 1º. posita per vitulum medii per capram gentes quibus similes in tempore Christi ... inclaruit qui non dividuntur per scismata. per aves viri spirituales qui numquam dividuntur. Quando volucres descenderunt super cadavera. scilicet demones vel vane cogitationes super ordinem que manu discretionis amovende sunt.

Tertium. Sarai non habebat liberos et dixit Abrahe: Ingredere ad ancillam meam Agar, si forte ex illa suscipiam filios. Et ingressus est ad eam. Que cum concepisset despexit dominam suam et Abram dissimulabat. Et ait Sarai: Inique agis contra me. Iudicet Dominus inter me et te, id est vindicet, videt quod suum est. Cui Abram: Ecce ancilla tua in manu tua, utere ea ut libet. Affligente eam Sarai illa iniit fugam volens redire in terram suam, quia egiptia erat, et invenit eam angelus Domini sitientem et viam ignorantem iuxta magnum puteum qui est in via in deserto Sur. Qui dixit ad eam: Unde venis et quo vadis? Et ait illa: A facie domine mee Sarai fugio. Cui angelus: Revertere ad dominam tuam et humiliare sub ea. Et rursum: Concepisti et paries filium et vocabis nomen eius Ismahel. Manus eius contra omnes et manus omnium contra eum, et e regione fratrum suorum figet tentoria. Quod tamen de ipso non legitur, sed de filiis eius creditur, tamen de gente ipsius hoc predictum est, quia Saraceni vagi sedibus incertis, circumeunt quibus deserta et latius vagantur, impugnant et ab omnibus impugnantur. Tamen contra deserta ... prius ... deserti. Qui nunc Saraceni prius vocati sunt Agareni ab Agar, sed Saraceni a Sara. Hoc autem per partem futurum erat secundum Methodium, qui quatuor principes de gente Ismahelis, quos terre filios vince vocat, Oreb et Zeb, Zebee et Psalmana egressi sunt de solitudine contra filios Israel, et victi per Gedeonem reversi sunt in solitudinem de qua prodierunt. Quod enim legitur in Genesi: Hic erit ferus homo, pro quo Hebreus habet pharan, quod sonat onager; ferus ipse ut dicit Methodius dictum est onager et caprea a deserto, eo quod bestiarum similes ingredientur habitationes et mansiones inter homines. Dicit enim de filiis Ismahel futurum esse ut exeant adhuc semel et obtinebunt orbem terre per octo ebdomadas annorum et vocabitur iter eorum angustie, quia principem eorum Ismahel vocavit Dominus onagrum. In sacris locis interficient sacerdotes. Ibidem cum mulieribus dormient, ad sepulchra sanctorum alligabunt iumenta, et hoc propter nequitiam christianorum qui tunc erunt, de quibus dicitur: In novissimis diebus erunt homines se amantes etc. Et tunc implebitur quod dictum est per Ezechielem prophetam: Fili hominis voca bestias terre vel agri et exhortare illas dicens: Congregamini et venite, eo quod sacrificium magnum immolo vobis. Manducate carnes fortium et bibite sanguinem excelsorum. Cumque loqueretur Dominus cum Agar, pertransiit in turbine, et ipsa vidit posteriora eius et ait: Posteriora vidi videntis me, id est creaturam in qua apparuit ei. Et appellavit puteum viventis et videntis, quia vidit eam Deus et quia vitam reddiderat sitienti ostendendo puteum. Adhuc paret Agar ostenditur inter Cades et Barad.

Legitur in vita Clementis quod Abraham aliud filium habuit qui dictus est Elieser, a quo Perse dixerunt originem.

Que cum redisset peperit filium et vocavit eum Ismahelem. Abram autem erat lxxxvi annorum cum natus est ei Ysmahel. **De precepto circumcisionis. Genesis 17.**

Gen. 17. Postquam nonaginta novem annos cepit, apparuit illi Dominus dicens: Multiplicabo semen tuum, et tu custodies pactum meum. Hoc signum ...

d' precepto circumcisionis cum ... xvii. 17

...

deus ex vobis etc. Sed ante quam pactum exponatur nomen ei mutat. Dicebatur
ei abram ex abba et ram · quasi diceret · Abram · id est pater excelsus · et addi
ta est a littera et dictus est abraham quasi abbraam · quod sonat pater multarum
et subauditur gentium · Hebrei tamen dicunt quod de nomine suo tetragrammaton
e litteram addidit deus abrahe quod tamen sonat a · ydyoma eorum est scribere a
et sonare e et econverso · r autem superaddita est cum eufonie et quia tunc tempore
circumcisionis mutatum est nomen ei cum ei circumcidunt iudei imponunt nomina
Volens itaque dominus quasi quodam caractere populum suum distinguere ab alienigenis dixit
ei de circumcisione sic · Circumcidetur ex vobis omne masculinum sic et
circumcidetis carnem preputii vestri · Infans octo dierum circumcidetur tam verna
cultus quam empticius · cuius caro circumcisa non fuerit peribit anima illa de
populo suo · quo cultello fieret non est preceptum · fiebat autem lapideo post
dicemus · Nota quod servus primo dictus est a servando · Poterant enim hostes
victos quos ad vitam servabant servos dicebant · Verna vero autem vernaculus
vel vernacula est qui natus est domi · Empticius qui in propria
persona est emptus · Originarius qui et servus glebe · id est colonus · Dixit
quoque dominus ad abraham · Non vocabis uxorem tuam sarai sed sara
qui dicitur mutacionem nominis sare sic factam · quia cum prius pro dico · r · scriberetur ·
modo pro una vel econverso etc. Sed cum diceretur sarai · id est princeps mea et
quia unius gentis est sara dicta · id est princeps absolute quasi omnium gentium prin
ceps futura quod quamvis ad nos videtur una littera subtracta et nulla addi
ta sed apud hebreos additur a et scribitur e · Qui autem dicunt saray hebrea
de lepra sonat erraverunt putantes eam primo lepram vocari · Et ait
dominus Ex illa dabo tibi filium · Cecidit abraham in faciem et risit pre
gaudio applaudendo dicens · Putas ne centenario nascetur filius et
sara nonagenaria pariet · Et ait dominus Sara pariet filium et vo
cabis nomen eius ysaac · quod interpretatur risus a risu · scilicet patris · Ecce 2[a]
a domino predicitur nomen nasciturum · Ad huc de duobus legitur hoc in veteri
testamento · de salomone et de josia · de duobus tantum in novo testamen
to · ihesu et iohanne · Etiam multiplicationem ismahelis promisit dominus ei · Et
cum finitus esset sermo domini circumcidit se abraham et ismahelem et omnem
familiam sexus masculini · Abraham tunc erat · xcix · annorum et ysmahel
tredecim · De tribus angelis susceptis ab abraham · Genesis · 18 ·

Apparuit iterum dominus abrahe in valle mambre · Cumque elevasset oculos
vidit tres viros et occurrens unum ex eis adoravit · Dicit
iosephus tres angelos in specie humana missos · ut unus nunciaret
abrahe verbum dei de filio suo · duo subverterent
sodomam · Eusebius vero ait · Primo omnium prophetarum
verbum dei cum apparuisset abrahe in figura humana
vocationem gentium pollicetur et sic apparuit ei
filius dei quem et adoravit · sed quia nusquam legitur
apparuisse pater in subiectam creaturam dicimus quod duo
angeli apparuerunt in designacionem duorum pro
conum moysi et helye quorum alter primum precessit adventum · alter precessit
secundum · Currens et rogavit abraham ut diverteret ad eum et paululum ex
cedendo conforetur qui assenserunt · Et festinavit abraham precepit

Antropomorphi
sunt heretici de iudeis
qui dicunt patrem deum
habere corpus hominis cuius
superiorem partem dicunt
esse in celis pedes
vero in terra ·

Huic ordinem videtur augustinus approbare in glossa illa super hunc locum · Qui audito angelum
suum · scilicet quia primo putavit abraham homines esse tamen in quibus deus loqueretur comprehendit fuit
divine maiestatis in eis apparencia · Ideo primo in terram non eos sed in eis deum ado
ravit · postea vero precepit aliquibus signis vel forte divino instinctu quod angeli
erant tamen videns eos habere corpora humana parat eis escas ·

sare ut de tribus satis simile faceret panes subcinericios ipse vero tulit vi
tulum de armento optimum tulitque butirum et lac et vitulum assatum et
posuit coram eis. Verisile est quod plus homines crederent quibus prebebat ~~pavit~~
id est prandia pavit. post angelos dei cum comedisse legitur. De cibo autem quem sump
serunt potest dici quod in masticando exinanitus sit sicut aqua calore ignis
consumitur. Abraham stabat iuxta eos. Sara vero erat post ostium tabernaculi
et dixit angelus. Revertens veniam ad te isto tempore id est eodem die revoluto anno
et habebit Sara filium. Quo audito risit Sara. Erant enim ambo senes et
desierant Sare fieri muliebria id est menstrua quibus deficientibus deficit
vis pariendi. Si autem iuvenis esset non erat impossibile ex sene et iuvene
prolem fieri. Sed ambo provecte erant etatis. Ad hoc etiam ipsa sterilis erat.
Risit ergo quia dubitavit dicens. Postquam consenui et dominus meus vetulus
est voluptati operam dabo. Dixit dominus ad Abraham. Quare risit Sara. Numquid
quod deo quicquam est difficile. Negavit Sara se risisse perterrita. Ecce quam ante
notam quamquam ~~capit~~ istorum riserit diiudicare potuit qui corda novit scilicet hominum.

Cumque surrexissent direxerunt De duobus angelis descendentibus Sodomam
oculos suos contra Sodomam et Abraham gradiebatur cum illis. Et dixit
dominus. Non potero celare Abrahe que gesturus sum et ait ad illum. Clamor
Sodomorum multiplicatus est. Peccatum cum clamore est culpa cum libertate cri
minis scilicet palam ad libitum peccat. Peccatum illorum fuit superbia vite et habun
dancia panis propter quam usque ad innominabilem libidinem proruperunt. Et
addidit. Descendam et videbo utrum clamorem qui venit ad me opere com
pleverint. Quasi omnia novit hoc in exemplum nobis reliquit qui dicet mala hominum non
ante credere quam probaverit. Inde est quod iudex crimen sibi soli notum punire non
potest. Unde dominus est. Nemo te condempnavit mulier nec ego te condempno.
Abraham vero memor Loth fratris sui appropinquans ad dominum ait. Numquid
perdes iustum cum impio. Non est hoc tuum qui iudicas terram. Si fuerint
l iusti ibi nonne peres populo propter eos. Et ait dominus. Dimittam omni populo
propter eos. Tunc Abraham quasi paulatim descendens ait. Si fuerint xlv. Item
si xl. Et si xxx. Et si xx. Et si x. Ait dominus. Non delebo eos propter
x. Abiit dominus id est non apparuit postquam cessavit loqui ei. et ille reversus
est in locum suum. Veneruntque illi duo angeli qui fuerunt cum domino
vel alii secundum quosdam Sodomam vespere sedente Loth in foribus civitatis et
expectante adventum alicuius hospitis qui occurrens eis adoravit
petens ut declinarent in domum suam. quos renitentes compulit oppido id est
valde. Ingressisque illis fecit convivium coxit azima et comederunt.
Tunc viri civitatis a puero usque ad senem vallaverunt domum et
dixerunt Loth. Educ viros illos huc ut cognoscamus eos. Qui ait
habeo duas filias que nondum cognoverunt viros abutimini eis ut
libet tantum hiis nichil mali faciatis quia ingressi sunt sub umbra culminis
mei. Vox erat fidelium erat ab omni iniuria hospites suos defendere. Quod
autem dixit prostitutionem filiarum non consilium. Consilium sane est ut flagiat
quod levius ne ipse committat gravius. Nullo autem modo quod facere debet le
vius mortale ne alter committat gravius. At illi noluerunt et vim fa
ciebant Loth vehementissime. Et ecce angeli introduxerunt Loth et clau

querunt ostium. Illos vero percusserunt cecitate non
privacione visus sed acrisia quam latine aoracia[m]
dicere possemus. que facit non videri non omnia sed que
non est opus. qua percussi sunt qui querebant helizeum cum
esset cum eis et discipuli domini euntes in emaus
Forte hoc modo quandoque contingit quod in manu tenemus
Et dixerunt angeli ad loth. Omnes tuos educ de
urbe hac. delebit enim dominus locum istum. Egressus
loth ad generos suos et ait illis. Surgite et egredimini quia delebit dominus
civitatem istam. Non est credendum ut ait Josephus quod dicitur loth alias fi-
lias habuisse a predictis virginibus nuptas viris que cum viris submerse sunt. sed
generos vocat futuros generos. Unde hebraica veritas ait ad sponsos qui
noluerunt egredi. consuetudine habentes uxorem loth esse deridentes Cumque ma-
ne esset dissimulante loth ceperunt apprehensum eum cum uxore et filiabus suis
duxerunt extra civitatem dicentes. Noli respicias retro. sed in monte salvum
te fac. Cui ego pertimescere nodum plene credens domino ait. Non possum
in monte salvari. ne forte apprehendat me malum et moriar. Forte se-
nex frigora montium et laborem vie perhorrebat. Sed est hic civitas
parva. ad quam fugere sufficio ut salvar in ea. Et ait dominus. Non subvertam
urbem pro qua locutus es. Et ideo quia dixit parva vocatum est nomen urbis segor
id est parva. Tradunt hebrei hanc urbem primo dictam bala et post salisam
et in syria vitalam cognominatam. id est palmarum. quia tercio terre motu ab
sorta est vel sit post subversionem aliarum quatuor civitatum. Cum diu ergo
fuit loth in ea pepercit ei dominus ut dicit Josephus. Loth timens consuetum
eius terre motum. egressus mansit in monte. Egressus itaque loth de se-
gor. dominus pluit dominus super civitates illas sulphurem et ignem. et quia in libro
genesis habetur pluit dominus a domino. Intelligi potest sicut id. Dixit dominus domino
meo etc. id est pluit filius a patre. pluit dominus a seipso cum esset in terra ~~et a patre in~~
~~celo~~ et iudicamus pluit cum esset in terra comparans iudicatus ab iudicante.
Pluit autem hoc ut terra reatum ardescere sua. specie terrae abominandi et ita
ignibus punivit istos quos primos perdiderat diluvio. Licet et illi in na-
turam delicti excesserint tamen quia naturaliter peccabant. Et universos sub-
vertit etiam parvulos pro peccatis parentum in quo punitum est illis ne diu vi-
ventes sequerentur exempla parentum. et est aliquod bonum vero non esse. quam gloriosum
non esse. Prodest ei perire cui non esse non prodest. Et respiciens retro
uxor loth versa est in statuam salis quam Josephus dicit se vidisse et hac-
tenus manere. Versa est quoque illa regio in lacum salsum et sterilem qui dicitur mare
mortuum quia nec aves nec pisces in eo vivunt ut in aliis. Navem non pa-
titur nisi bituminatam que forte tota supernatat. propter homines inde vinctos
Si quid vivum aliqua arte immerseris superexilit. Lucerna ardens super-
natat. extincta mergitur. Multis locis nigras glebas bituminis
vomit. et ideo lacus asphalti vel asphaltites dicitur. Dicitur etiam quod poma
nata in arboribus circumpositis usque ad maturitatem coloris sunt viridia
si incidas favillas invenies in pomis. Unde ait Josephus. Fabulis terre

natie Dicit Josephus quod propria eius lenitate etiam gravissima in eum
iactata resiliunt. Unde Vespasianus quosdam vinctis post tergum
manibus iussit in altum proici et occidi tamen vi spiritus repulsi
desuper fluitabant nec ullam naturam sustinet nisi bi-
tumine illustrium. nam omne carens anima superfluum mittit.

Lacus iste mediam
dividit et arabiam
quod olim solitudo fuit
illa terra et tamen in
qua .xl. annis fuerunt
filii israhel.

Acrisia est qua homines
oculos habent apertos et
non vident quod ma-
gnus fuit sed tamen et sibi
fit etiam aliquando quod ho-
mines rem habent in ma-
nu aliqua et non vi-
dent et illis acrisia est.

scriptum est fidelibus. Dicitur etiam vallis salinarum · forte quia ibi sal vel lapides
salis circa inveniuntur · **De incestu loth ·**

Loth autem egressus de segor · mansit in monte in spelunca et due filie
eius cum eo · Viderunt autem filie loth consummacionem mundi futu
ram per ignem suspicantes totum orbem periisse sicut illas civitates et
suspicantes sic tale quid factum esse in diebus noe · scilicet ad reparandum genus hu
manum se esse superstites cum patre id consilium inierunt et patris mesticiam
et rigorem vino mollientes singule singulis noctibus licet virgines
surreperunt ab ignorante conceptum per experienciam · tamen semel cum
utraque · Hoc tamen de superiori impugnant hebrei quia incredibile quia nunquam non
potuit coire quempiam nescientem · Vel dicitur nescivisse fuisse filiam pu
tavit fuisse uxorem suam · Dicunt quoque impossibile in defloracione fieri con
ceptum · Ob hoc antichristus dicet se filium virginis · quia in primo dicitur eum sic
ex incestu fore conceptum vel concipiendum et hoc de virgine · Peperitque maior
filia filium et vocavit eum moab patrem moabitarum · Minor peperit
filium et vocavit eum amon patrem amonitarum · Moab interpretatur ex patre
hoc nomine mater aperte publicavit incestum patris · Amon interpretatur filius
populi mei · Hoc aliquantulum texit quia filius cuiusdam de populo meo · Dicunt
hebrei filias posse excusari quia crediderunt genus humanum defecisse
et pietate posteritatis impetrande incestum commiserunt · Sed hoc patrem
non excusavit · sed infidelitas eius quia scilicet non credidit angelis · causa fuit in
cestus · De eodem ait strabus · loth reprehensibilis est · primo quia an
gelo non credidit se posse salvari in segor · deinde quia inebriatus est et fu
it patrem cum peccato · Secundo miliario ab ebron sepulcrum loth dicitur ·

Profectus abraham **de peregrinacione abrahe apud abimalech**
· gen̄ · 20 · de convalle mambre in terram australem peregrinatus est in gera
ris inter cades et sur · ubi fluxerunt aque contradictionis et sine loco sororis ha
bens saram · filia fratris sui silentis per timorem · Misit autem abimalech
rex gerare et tulit eam · In quo vis forme illius miranda notatur
quod nonagenaria adhuc amari potuit · Sed in egritudine cecidit rex
dei voluntate ne eam tangeret ut ait iosephus · In fine tamen huius capituli
alia pena notatur hec · scilicet quod deus concluserat omnem vulvam domus abime
lech propter saram · ne quod scilicet femineum in domo eius fieri conciperet · Medicis
autem desperantibus soporatus rex audivit a domino hec sibi propter uxorem
peregrini inferri et precepit ut redderet viro uxorem quia propheta erat
et ille oraret pro eo et viveret · Statim surgens vocavit servos suos
vocavit et abraham et ait ei · Quid fecisti nobis · Quid vidisti ut hoc
faceres · Et ait abraham · Cogitavi ne timor dei esset in loco isto · et
interficerent me propter uxorem · Alias autem et vere soror mea est et filia pa
tris · Hic distinguit sive scilicet patris · scilicet mei · id est quae est mea · sub
audi fratris · vel filia patris mei et non matris mee quod est neptis mea
et cognata ex parte fratris mei et non ex parte sororis · Unde alia trans
lacio · Soror mea a patre meo et non ex matre · Hebrei cognatos
dicebant fratres sic et cognatas sorores · Fratrem vero suum aram pa
trem suum vocavit quia senior eo fuerat secundum usum loquendi quo [illegible]

maiores natu patres vocamus. minores filios et quia dignior et maior
affectio solet esse propinquorum secundum viros quam secundum mulieres propinquam suam per virum
propinquam suam digniori nomine voluit sororem. scilicet potius quam neptem. Vel sororem
eam filiam patris esse propter eius meritum est sicut nec deus eum sinivit se logicum [?]
abire. preterea et deo iubente creditur hoc dixisse et ita relator fuit
verborum domini. sicut heliseus [?] clamat se non cognoscentibus. Quidam tamen dicunt
thare mortua matre abrahe et mortuo aram duxisse uxorem filii
et genuisse saram. Vel et hic dicitur filia thare secundum carnem et supposita filia
aram secundum suscitationem seminis quia solum masculum reliquerat. Orarunt autem
ergo abraham pro eo et sanatus est et uxor eius et ancille pepererunt. Dedit
ergo abimelech abrahe munera et terram ad habitandum ad optionem suam.
Sare autem dixit. Ecce dedi fratri tuo pro te mille argenteos. hoc erit
tibi in velamen oculorum coram omnibus qui tecum sunt. id est in memoriam verecundie quia
in medicio deprehensa es. Unde subdit exponendo et [?] id est quocumque prox
eris memento te deprehensam. Vel elegans est transsio. Hoc est in velamen
oculorum id est in signationem funeris. quasi diceret. Annus [?] es et vicina funeri
et pretium est tuum et decrepitione [?]. habe ergo tibi hoc in expensam fu
neris quod magnis expensis fieri solebat maxime a iudeis. Vel sicut ad pe
na emenda ut regnis facie ne amerens [?]. De ortu ysaac et eiectione agar cum filio.

Visitavit dominus saram concepit et peperit filium.
et circumcidit eum abraham. viii. die. ex inde post eundem diebus in
dei circumciduntur. Arabes vero post xiii. annos. quia eo tempore ysmahel ge
neris illius auctor circumcisus fuit. Et vocavit eum ysaac id est risum quia risum
fecit dominus parentibus eius id est gaudium inopinatum. Crevit puer et traditus
ablactatus est et fecit pater grande convivium in die illa quia illa die filius
primo accessit ad mensam patris. Cumque simul luderent ysmahel et ysaac
ledebat maior minorem et intellexit mater in ludo persecutionem quia
scilicet patre mortuo vellet maior dominari minori. vel ut hebrei dicunt
cogebat eum adorare luteas ymagines quas fecerat. Quod cum
displiceret matri dixit ad abraham. Eice ancillam et filium eius. Dure
accepit hoc abraham et dissimulabat. sed dominus dixit ei. audi vocem sare.
Qui tollens panem et utrem aque imposuit scapulis agar et tradidit
ei puerum. Cumque consumpta esset aqua in deserto et puer deficeret siti
abiecit mater puerum sub arbore et sedit longe quantum arcus iacit. sed
ne videret filium morientem et flevit. Et exaudivit dominus vocem pueri
id est fletum matris pro puero et dixit angelus matri. Surge tolle puerum
et aperuit oculos eius deus et vidit puteum dedit puero bibere
et implens utrem abiit. Crevit puer et moratus est in solitudine
pharan et factus est vir sagittarius et accepit ei mater uxorem de terra e
gypti de qua nati sunt ei filii. xii. principes tribuum suarum qui appellati
one oppida et pagi et quibus celebrantur. Nabaioth primogenitus a quo patri
arabie que est ab eufrate usque ad mare rubrum. nabathea dicitur. Cedar
a quo cedar est in deserto. Duma vi[?]. a quo duma regio. Thema
nonus a quo theman quod est ad austrum. Cethima ultimus a quo cedi
ma que est ad orientem. De puteo iuramenti.

Eodem tpe videns abimalech abrahā multiplicari timuit eū
et venit ad eū cū phicol principe exercitꝰ sui. Et ait iura m̄ p̄
deū ne noceas m̄ et posteris meis. sz sic facias m̄ ~~[illegible]~~ sedm̄
miām quā feci tibi. Et arguit eos abrahā ad puteū quā ostēderat
deꝰ agar quē fodat abraham ast agar eiecta. sz servi abima
lech abstulant illū abrahe et fecit cū abrahā ī solitudīe pro
gregibꝰ adaquādis q' lōge a māsioe eiꝰ ī solitudīe pascebant
Et restituit ei abimalech puteū. sz ī testimoniū qd' ipē fodat pu
teū et ablatū restituit ei abimalech. et abrahā dedit regi. vii
agnas et dixit puteū barsabee. i. puteus vii sabee ēt hebraicē
et vii sonat. Et ibidē ambo percusserūt fedus. vn̄ et barsabee
deīn ēe putāt. i. puteū iuramēti. sabee ēt hebraice iuramētū
dī. Josephus tn̄ ī ppri̅ barsabee fedus putei. A puteo vō civitas &
regio dcā ē barsabee. Plātavit itaqz abrahā cir̄ puteū nemus
et fuit ibi colonꝰ multis diebꝰ nō habitator. Dicit ēt stephanus
ī actibꝰ aplōꝝ qz nō accepit ibi hēditatē nec passū pedis. De imo-
lacione arietis pro filio ysaac. gen. 22.

gen. 22. Post hec dū habitaret ī barsabee
et ysaac ut dicit iosephus xxv annoꝝ eēt. Dixit deꝰ illi
Tolle filiū tuū unigenitū quē diligis ysaac et vade ī terrā visio
nis et offer m̄ eū ibi ī holocaustū sup̄ unū montiū quē monstravero
tibi. Terrā visionis dixit illā terre iudee que ē ī montanis qz ipā
a lōge ~~videri pt̄~~ et de ea etiā longe videri pt̄ que ab ipsa dicta vallis
visionis dī. In summitate vō montiū iudee monticulus erat emine
tior dictus mons moria quē monstravit deꝰ abrahe ad imolādū filiū
Inde tradunt hebrei templū post fctm̄ ~~et altare fctm̄ ī loco~~ a salomōe
et altare fctm̄ ī loco ī quo et abrahā altare fecit. et david āgelū
vidit reponentē gladiū ī area ornan iebusei. Unde dī ysaias Erit
ī novissimis diebꝰ mons domus dn̄i ī vertice montiū et ad eū flu
ent omnes gentes. De quo et dn̄s precepit iudeis ne imolarent sibi
ī omni loco nisi ī monte quē ostenderat eis. Abrahā ergo de nocte consur
gens precim qd' futurus erat idumeus stravit asinū suū ducens secū
duos iuvenes et filiū et iniit iter duoꝝ dieꝝ. Tertio die ele
vatis oculis vidit locū procul. hic putātur illi errasse q' dixerunt
eū tūc habitasse inter bethel et hay. locus ēt ille nō distat a mon
te moria p iter uniꝰ diei. Et cū accepisset ligna et ignē ī gladio
istra iuvenibꝰ cū asino ascendit solus cū filio. Cui filiꝰ Ecce
ignis ~~ligna~~ ignis et ligna ubi ē victima. Cui pr̄. Deus providebit
sibi victimā. Et struxit aram et lignis superpositis ignē adhibuit
Refert iosephus vba patris ad filiū dicentis qz sicut ego voluntate
dei ingressus fueras mundū mirabiliter ita et voluntate dei necesse erat
egredi mirabiliter. quē dn̄s quidē dignū iudicasset nō egritudi
ne nō bello nō aliqua passione humana vitā finire. sz cū oratioibꝰ et sa
crificiis aīam ipsiꝰ ad se vocare et qz sustineret eū ob inplendas p
missiones. Et sic ysaac libens accessit ad aram vel mortē. De
hoc alcuinus dicit indubitanti aīo filiū mactare volebat. lau

Augꝰ. Nō temptavit deꝰ abrahā qz fidē eiꝰ ignoravit. sz ostēdere ī illo eēt ad exēplū
alioꝝ voluit ut tpe abrahā et mundꝰ fidei eiꝰ devotionē et firmitatē cognosceret.
Itē augꝰ. Nō trepidabat abrahā credē qz promittebat nec trepidabat offe
rre qz exponebat eiꝰ dextrā erigebat ad sacrificiū ut moreretur cuiꝰ cor erectū
ē ad fidē ut nasceretur nō fuit religio credentis gratia denovū obpanitis
promissionē ei pr̄ primo fideliter tenens quā p hūc oportebat inpleri quē
iubebat occidi nō hesitavit qz sibi poterat imolatꝰ q' dari potuit nō sperans
nō sibi fecit questionē qz de contrariis et sibi adversantibꝰ vbis dei promissio
filiū nascituꝝ et postea dicentis Occide m̄ filiū tuū. Sz erat ī corde pii
fides ī concussa et nō deficiens quia credidit deū posse eciā de morte
reparare qui dedit ut ille de senibꝰ nasceretur..

dandus in constancia offerendi et in fide suscitandi filii. Arrepto autem gla
dio ut filium immolaret, clamavit ad eum angelus. Ne extendas manum
in puerum. Nunc cognovi quod timeas deum. Non ei significavit pueri sici
ebat dominus sed ut sciret quod abraham deum timeret. Et vidit abraham
post tergum arietem inter vepres herentem cornibus quem obtulit pro filio.
Hebreus habet in virgultis sabech, id est quasi hircum erectum. Et dicunt eum rubum
non novum creatum sed aliunde ab angelo allatum. Hic erravit eusebius
dicens sabec hircum erectum ad carpendas frondes. Et vocavit nomen
loci dominus videt. Et usque hodie quasi proverbium dicitur a iudeis in arto positis in
monte dominus videbit. quasi sicut respexit ysaac in monte sic videat dominus nos
in hac angustia. Diem autem liberacionis ysaac dicunt hebrei primam diem
septembris unde in ea sollempnizant et clangunt cornibus pecudum in memo
riam arietis. Et iuravit dominus per semetipsum de semine multiplicando
ex ysaac et de terra danda semini eius. Altera die rediit abraham et re
versus est in bersabee. et nunciatum est ei quod melcha genuisset nachor
fratri suo filios viii. Primogenitum huius de cuius stirpe iob descendit sicut
scriptum est. Unde et ea terra huius nomine iob. Et buz fratrem eius ex cuius genere
balaam. qui secundum hebreos dicitur in iob eliuz buzites. Errat ergo qui dicunt
iob de genere esse esau. quod in fine libri eius quod de syro sermone translatum et
quod ipse quintus ab esau in hebreo non habetur. De concubina vero ryma
suscepit nachor filios quatuor. Rediit autem abraham ad convallem
mambre et mortua est sara cum esset c. xxvii. annorum et sepulta est
in ebron in spelunca duplici quam emit abraham. cccc. siclis argen
ti ab ephron. supplicantibus pro eo ethieis, id est populo terre. Erat autem spelun
ca duplex rupes naturaliter vel artificialiter duas speluncas habens quam
emit abraham in sepulturam generi suo. In superioribus sepeliebantur viri
in inferiori mulieres. cum adam et eva iam sepulti ibi erant. Nec per
timuit abraham emendo, nec ille vendendo sicut nec hodie quod emerent agrum ut
fieret cimiterium nisi forte quia ibi sepulti erant prothoplasti. Ihoius
in prophecia dicitur ephron. dicunt et ideo nomen eius mutari post ~~ebron id est effraim~~
ephron effraim mutatum dicit mutacione ~~[illegible]~~ otomega quod est apud
grecos vitiata vocalium et significat perfectionem id est a. quasi post hoc noverit quod perfectus
caritate factum incipientem. Cariatharbe dicitur eadem spelunca quia quatuor
prophete vel patriarche ibi sepulti sunt et primi. adam scilicet abraham ysaac

Gen. 23.

et iacob. De legacione helyezer in mesopotamiam vel obligatione ab abraham.

Gen. 24.

Erat autem abraham senex et dixit ad eliezer procuratorem
domus sue. Pone manum tuam sub femore meo et iura mihi per
deum celi et terre quod non accipies filio meo ysaac uxorem de filiabus
chananeorum inter quas habito. sed ibis ad cognacionem meam et inde acci
pias ei uxorem. si tamen ex illis noluerit aliqua sequi te non teneberis
iuramento. Iuravit itaque servus ponens manum sub femore eius.
Tradunt hebrei quod in sanctificacione, id est in circumcisione eius iuravit. Sed quia
dixit sub femore meo manum pone et non iura per femur dicitur eum
intellexisse in semine abrahe, id est in christo quem ex se nasciturum sciebat. unde
et dicebat Iura mihi per deum celi et terre. Quod autem sub femore manum
poni voluit innuit carnem christi super omnes creaturas futuram. Tulit

De morte
sare generis
Gen. 23.

Vers.
Omnia nunc venduntur mira sepulchri
Et sic precor non credas talia vendi.

Augustinus. Quod abraham tantam habuit fidem accepit filium non tantum in re sed etiam in significatione. Intellexit
enim christi passionem cuius de ras non mutatur. sed aries herens cornibus inter vepres, id est
cum christi laborantis in medio in cornibus crucis confixus. corona spinea coronatus.

ergo eliezer .x. camelos et abiit ex omnibus bonis domini sui portans
secum maxime que rara noverat esse in terra ad quam ibat. Profectusque meso-
potamiam ad charram urbem nachor multo quidem labore et tempore ut
dicit iosephus quia in hyeme in mesopotamia est luti profunditas in esta-
te aque defectio in saltibus latrones. Fecit autem camelos accumbe-
re iuxta puteum ante urbem in potu eos nolens introducere. Cum autem egrede-
rentur vespere mulieres ad hauriendam aquam oravit ut inter illas inve-
niret uxorem domini sui si aliqua generis illius domino suo debebatur ut cog-
nosceretur ita ut aliis negantibus aquam sibi poscenti ipsa preberet. Et ecce
rebecca filia bathuelis descendebat et impleverat ydriam aliis quidem aver-
tentibus se a peregrino aquam prebuit et adiecit quoniam et camelis tuis
aquam hauriam et haustam aquam in canalibus fundens potum dedit ca-
melis. Ille autem tacite contuens eam utrum ydonea esset domino suo quesivit
ab ea cuius filia esset et si esset locus in domo patris ad manendum. Ac-
cepto ergo quod esset filia bathuelis filii nachor et melche sororis la-
ban protulit inaures aureas et armillas dedit ei. Cucurrit puella
in domum matris ~~patris~~ nuncians que audierat. Egressus quoque laban introduxit
virum in hospicium. et destravit camelos deditque paleas et fenum
et lavit pedes hospitum et panes eis apposuit. Noluit autem eli-
ezer comedere ~~nisi~~ donec loqueretur sermones pro quibus venerat. Cum autem
dixisset se servum abrahe fratris eorum et commendasset eum in multis
exposuit eis peticionem abrahe et iuramentum quod ipse fecerat ora-
tionem suam ad puteum a domino exauditam. Responderunt laban et bathuel
A domino egressus est sermo abrahe et oratio tua nec possumus extra
placitum eius quicquam loqui tibi. Ecce rebecca coram te tolle eam et sit ux-
or domini tui. Sed nota quod iosephus dicit bathuelem iam defunctum esse
et virginem in custodia matris et fratris esse et de morte patris dix-
isse puellam querenti ad puteum cuius esset filia. Etiam moyses huic consensisse
videtur voluisse quia nec tunc habuisse patrem cum superius dixit Cucurrit
puella in domum matris. Forte nomine patris vocatur hic mater quia mandatum
patris de filia tradenda quod ei reliquerat decedens matri exposuit. Po-
tuit ei fieri ut traderet eam generi suo delegasset. Audiens hec puer
abrahe adoravit dominum qui direxerat iter suum. et protulit vasa au-
rea et argentea et vestes et dedit rebecce matri quoque et fratri eius mu-
nera. Sed surgens mane petiit dimitti pretendens moram quam fecerat
in via et domini senectutem. Cumque rogassent ut saltem .x. dies apud
eos maneret noluit et dixerunt. Vocemus ergo puellam et queramus
eius voluntatem. Cui sciscitantibus si vellet ire ait. Vadam. Et hic primo
legitur consensus mulieris requisitus. Et exinde habitum est in re-
quirere. et dimiserunt puellam. Eo tempore habitabat ysaac in ge-
rara et forte deambulabat per viam que ducit ad puteum viventis
et videntis. ~~forte ad meditandum~~ Egressus enim erat ad meditandum
in agro. forte de morte servi. Alia littera habet ad exercitandum. Forte
laborans in agro. aut quippiam opus ad deducendum agens. Rebecca

vero visa ysaac et cognito quod vir eius esset descendens de camelo et tol-
lens teristrum et pallium album operuit se et compressit se. Est autem
teristrum genus arabici vestimenti mulierum. Ysaac vero introduxit
eam in tabernaculum matris sue et in tantum dilexit eam ut dolorem quem ex mor-
te matris acciderat temperaret. De morte abraham post susceptam sobolem de cethura

Abraham aliam duxit uxorem nomine cethuram. Quam hebrei cethu- gen. 25.
ram nomine appellatam, quod interpretatur copulatam dicunt et hanc fuisse
agar, que de concubina mortua sara transivit in coniugem. Que non copulata
sed copulata ne senex pro nomine impetus lascivisse arguatur. Josephus
etiam dicit quod antequam abraham misisset pro uxore filii duxit eam et hec
genuit ei liberos vi. iuvenis ei et de sene parere sic. Et separavit
eos abraham dum viveret ab ysaac ad plagam orientalem et cuncta que
possedit dedit ysaac. aliis vero dedit munera. Filii tamen cethure
a nomine libere .i. que ~~sara se sa~~ nomine sara se sarracenos dixerunt
Optinuerunt autem primo tracomditem et fenicem et arabiam usque ad
terminos maris rubri. Refert iosephus quod ex uno eorum natus
est apher qui castra fecit in lybia quam posteri eius inhitantes ab illo
affricam denominaverunt. Dicit etiam iosephus cleodemum prophetam qui et malchus
dictus est historiam iudeorum scripsisse sicut et moyses scripsit quem cleodemus
refert dixisse ab uno filiorum cethure nomine syrim syriam vocatam
ab alio vero qui dictus est epheram affricam dictam. cum descendentibus in lybiam
hercules auxilium tulit et filiam ipsius nomine etheam duxit hercules uxorem
et ex ea genuit dodarim cuius filius fuit pharon. ¶ Fuerunt autem
dies abrahe c. lxxv. anni et moriens est. Et congregatus est ad popu-
lum suum in senectute optima. et sepelierunt eum ysmahel et ysaac in speluncam du-
plicem cum uxore sua sara. De ortu regnorum.

Anno undecimo abrahe mortuus est ninus cuius uxor semiramis
ut posset regnare post eum ipso filio suo quem susceperat ex
nino nupsit et ex eo filium genuit qui et babiloniam amplificavit. Anno
abrahe. lxxv. facta est ei repromissio. Anno eius lxxxvi. natus est ei ysma-
hel. Anno eius c. natus est ei ysaac. Anno eius c.xxxvii. mortua
est sara. Exortum est autem regnum assiriorum anno xlii. sarugh proavi a-
brahe sub belo et cucurrit usque ad annum vii. ozie regis iude per
annos mille ccc. et tres et per reges xxxvi. usque ad sardanapa-
lum effeminatum pulvinaria admittentem post quem translatum est regnum ad
medos. Regnum vero sicionorum ab anno xxiiii. nachor avi abra-
he exortum sub egialeo et cucurrit usque in annum xviii. hely sacerdotis
et iudicis israel per annos dccc. lxxi. et per reges xxxi. usque ad cu-
sipum post quem sicioniam iudicaverunt sacerdotes carini vii. forte
a cognatione sic dicti. Siciona autem est regio que primo appia et post
peloponensis dicta est. Usque ad abraham vero iam fuerunt in egipto xv.
dinastie. Dinastiam egyptii summam potestatem dicunt. A nativitate
abrahe dinastias xvi. optinuerunt thebei. Septimamdecimam pas-
tores .s. reges sic vocati. Decimamoctavam diospolitani qui et
pharaones per reges xiii. Variate autem sunt dynastie de quibus

quorundam regum ad alias sepe transeuntes usque ad cambisen filium cyri qui
quinto parte primo imperaverit egypto. ¶ Dinastia potestas dicitur principatus
qui durant apud aliquam provinciam de eligendo imperatore sine alio prin-
cipatu qui maior est in illa provincia. Quidam eligebantur in saxonia impera-
tores et duraverunt ibi. deinde in franconia et durant diu ibi deinde
in bavaria et nunc in suevia. Hec tamen principaliores provincie thebe-
orum terre licet multe sint adiacentes. Et secundum istius deinde est ibi del-
ligatur in aliis. ¶ Nota quod tres sunt thebe. una in grecia a qua thebani
Altera in egypto a qua thebei. ubi mauricius cum sociis suis fuit
Altera in iudea a qua thebute. ¶ Vixit autem ysmahel .c.xxxvii. annis

De morte ysmahel

et mortuus est. Tradunt illum hebrei dissenteria mortuum fuisse
coram cunctis fratribus suis. id est coram filiis suis adhuc viventibus obiit. Ha-
bitavit autem posteritas eius ab euila usque sur. Est vero euila india ab
euila nepote noe sic dicta. Sur autem est solitudo iuxta cades et barath
extendens desertum usque ad mare rubrum et egypti confinia. De ysa-
ac prosequatur hystoria et redit ad. De labore rebecce in partu ge-

Ysaac .lx. annorum erat cum duxit uxorem suam rebeccam minorum.
que iuncta est sterilis longo tempore. Sciens autem ysaac patrem suum pro-
missionem seminis multiplicandi per ipsum oravit dominum ut quod promiserat
adimpleret. Concepit mulier huius duos in utero sed cum vicina esset partui col-
lidebantur in utero eius parvuli. Ieronimus ponit ludebat vel calcitrabat. Aquila
confringebantur. Symmachus in superficie ferebantur in similitudinem navis le-
gitimo pondere carentis. Movebatur enim minori puero ut novissimus ab-
oriens prior altero videretur posse prodire ad ortum non pro exilitate uteri matris
que vix geminos caperet intelligitur. Et hoc accidisse ut quibusdam visum est pro-
ter ex voluntate dei iam demonstrantis in nondum natis quod futurum erat
in adultis. primogenituram quam alter habuit per naturam cessisse alteri
per gratiam. In posteris etiam eorum futuram dissensionem iam tunc figurabat.
Creditur etiam iam tunc in utero sanctificatus fuisse iacob. id est mundatus ab originali
Et in hoc motu prefigurabant quod non esset conventio christi ad belial. Maer-
ens vero gravitate afflicta nollet concepisse et fere desperans de partu per-
rexit ut consuleret dominum. Tunc nec locus consulendi deum nec modus per quem
consuleretur adhuc lege institutus. Forte ad montem moria ubi abra-
ham aram fecerat iuit et immolatis hostiis. Subtractis pellibus eorum dor-
miens per sompnium accepit oraculum. Forte more gentium que videntur in
patentibus speciem lauri quam tripodem dicunt capiti supposuit. et in
ramis arboris que agnus castus dicitur incubuit ut visiones capiens fa-
tidicas dormiens non sentiret. vel adhuc viventem melchisedech
consuluit. quocumque autem modo fecerit. Responsum accepit a domino. Duo gentes
sunt in utero tuo id est principes duarum gentium qui mox se post dividerent et pug-
nabunt. Sed et maior serviet minori. quod de parvulis necesse primo dein est eu-
iunior. Sic postfuit minori sed de posteris. ydumei enim qui de esau fuerunt
tributarii sunt david qui de iacob. nisi forte intelligatur esau fuisse
iacob deo subiectus est enim ut lima confert ferro. Fornax auro.

flagellum generationis. Cum ergo duos peperisset, qui prior egressus est rufus erat et totus in modum pellis hispidus, et dictus est ob hoc seyr. Hebrei enim seyron capillatum dicunt. Dictus est autem proprio nomine esau, id est factus. Secundus alter egrediens plantam fratris tenebat in manu, quasi reflexe volens fratrem a primogenitura. Et ob hoc dictus est iacob, id est supplantator. Sexagenarius ergo erat ysaac quando nati sunt ei parvuli. Vivebat ergo abraham et adhuc xv annos supervixit. Abraham enim post c annos quos iam vixerat nato ysaac legitur postea lxxv annis vixisse. Itaque sexagenario ysaac restabant adhuc abrahe anni xv ad vitam. Hoc ideo diximus quia iosephus ait sic: Porro post mortem abrahe concepit uxor ysaac, mortem eius forte appellans cum iam penitus effeto corpore generare desiit. Ipse enim textus littere hoc non esse dictum per recapitulationem indicat. De

venditione primogenitorum esau.

Porro cum adolevissent filii ysaac, factus est esau venator et iacob agricola et pastor in tabernaculis habitavit. Pater diligebat esau tum quia primogenitus erat, tum quia de venatione eius vescebatur libenter. Mater vero diligebat iacob tum pro simplicitate, tum pro dei inspiratione. Factum est autem cum coxisset iacob pulmentum lenticule, esau lassus rediit ab agro et ait: Da mihi de coctione tua rufa hac, quia oppido lassus sum, quasi diceret: Esurio, et pre lassitudine sufficio mihi pulmentum parare. Cui dixit iacob: Vende mihi primogenita tua. Esau parvipendens primogenita se moriturum nisi comederet, iurans dedit ei primogenita pro edulio lentis, et irritam talem venditionem futuram habituri. Et quia lenticula fulva est, hebraice autem edom fulvum dicitur, ex tunc vocatus est edom, a quo postea dicta est illa regio ydumea. Erant autem primogenita quedam dignitates quas habuerunt primogeniti in cognationibus suis usque ad aaron. Habebat enim primogenitus vestem specialem quam induebatur tantum in sacrificiis offerendis, et recipiebat finalem benedictionem a patre. Ipse vero in solempnitatibus et in conviviis benedicebat minoribus, et primus duplam ciborum portionem recipiebat. Traditur etiam quod in divisione hereditatis filius duplum recipiebat.

Porro eodem anno quo nati sunt gemini ysaac, regnum argivorum, id est grecorum, exortum est sub ynacho patre ysidis primo rege, et mansit usque ad annum xvi delbore et barach iudicum israel. Duravit autem usque ad viii ac semel per reges xiiii et annos d xliiii. Perseus vero cum non sponte interfecisset acrisium, tamen timens reliquit argos et transtulit regnum apud mycenas. In legitis in historiis mycenarum regnum hoc perseverasse ab ynacho usque ad stelenum, intellige posteros de genere ynachi usque tunc regnasse et danaum regnum demum, qui non erat de genere regio.

De descensu ysaac in geraris. genesis xxvi.

Orta autem fame cum vellet ysaac ire in egyptum, ex precepto domini mansit in geraris, et ob amiciciam abrahe receptus est ab abymalech. Et ad exemplum patris de uxore sua dixit: Soror mea est. Forte post dies plurimos vidit abymalech per fenestram ysaac iocantem cum uxore sua, et accersito eo ait: Quare imposuisti nobis? Et est hic in positione verbi absolutum, id est impositum, id est dolum facere, et est: Cur nos decepisti? Cur mentitus es sororem tuam esse? Potuisti super nos

induxeras grande malum si quis cognovisset uxorem tuam libere a viro recepturus, et ait ad populum suum: Qui tetigerit uxorem hominis istius morte moriatur. Per contemplationem vero hoc dictum. Non enim tamen videtur vixisse Abymalech, scilicet post perditionem patrum. Seminavit autem Ysaac in terra illa et invenit centuplum estimatum, id est estimaverunt secundum quod recordabatur de semine olim iacto se centuplum recepisse. Nec de una specie hoc esse de facili potuit, sed forte in omni genere operum centuplicatum est. Vel alia translatio habet: invenit in illo anno centuplum. Ob hoc invidentes ei palestini puteos quos foderant pueri eius obstruxerunt implentes humo. Abymalech autem timens eum dixit ei: Recede a nobis quia potentior nobis factus es. Et recedens Ysaac venit in agrum qui dicitur Phara, id est convallis, et habitavit ibi. Puteum per quem torrens quidam influebat et eruderavit ibi puteos quos olim ibidem foderant pueri sui, sed eo mortuo obstruxerunt eos philistei. Et cum invenissent aquam vivam iurgati sunt pastores Gerare adversus eum dicentes: Nostra est aqua. Et ob hoc vocavit puteum Esecum, id est calumpniam vel iurgium. Et recedens inde fodit et alium puteum pro illo quoque iurgati sunt, et propter hoc appellavit eum Sathanam, id est contrarium vel inimicitias. Utrumque puteum ut dicit Iosephus opere imperfecto reliquit nolens contendere cum indigenis, expectans bone voluntatis eorum tempus et licentiam. Profectus quoque inde fodit iterum puteum pro quo non contenderunt; ob hoc vocavit eum Roboth, id est latitudinem, quia dilatavit nos dominus super terram. Et ex illo ascendit in Barsabee et apparuit ei in ipsa nocte dominus promittens ei quod promiserat patri eius, et edificavit altare et invocavit ibi nomen domini et precepit servis suis ut ibi foderent puteum. Verisimile est quod eruderaverint puteum Abrahe. Eo tempore venit ad eum Abymalech et Phicol dux militum et iurantes inter se fedus firmaverunt. Eodem die redierunt pueri ad Ysaac nunciantes de puteo quem foderant quod invenissent aquam, et appellavit eum Barsabee, id est puteum societatis vel habundantie, et impositum est hoc nomen urbi usque in hodiernum diem. Et non quidem modico vocis stridulo et in scriptura hoc nomen differt a nomine quod Abraham olim imposuerat. Habet enim pro sin hebreum scriptum septimum vel iuramentum sonat et asperius stridet. Scriptum vero per sima grecum pertinere sibilat et mollius sonat. De uxoribus Esau

Esau quadragenarius duxit uxores Iudith et Besamath filias potentium virorum inter Chananeos sementivum dominum faciens, id est potentem faciens in terra vel possessione in parte uxorum. Que cum ambe offendissent animum Ysaac et Rebecce, et licet nollet Ysaac provinciales sive misceri cognationi, tamen melius silere decrevit. Incidens. Eo tempore Phoroneus filius Inachi et Niobes primus Grecie leges dedit et sub iudicibus causas agi instituit. Locum quoque iudiciis destinatum a nomine suo phorum appellavit. Soror ipsius Ysis in Egyptum navigavit et quosdam apices litterarum tradidit Egyptiis. De agricultura etiam multa docuit eos. Unde cum Io diceretur, Ysis ab eis dicta est, quod in lingua eorum terra sonat, et ob hoc post mortem in numero deorum in Egypto recepta est. Filius etiam Phoronei qui Apis dictus est eo tempore in Egyptum navigavit, quem quidam virum Ysidis fuisse tradunt. Similiter ab Egyptiis deificatus est et Serapis

 23

nominatur · de benedictione iacob · genesis · 27 ·
Senuit ysaac et videre non poterat · et dixit ad esau facito mihi cibos
de venatione tua ut comedam et benedicat tibi anima mea antequam mori
ar · Egresso esau ad venandum dixit rebecca ad iacob · Hic et sic au
divi patrem tuum loquentem cum fratre tuo · Affer mihi caprito duos edos opti
mos ut faciam patri tuo escas quibus libenter vescitur ut benedicat tibi pro
esau · Et abiit ille et attulit et dedit matri · Que cum parasset cibos
induit iacob vestibus esau valde bonis quibus ut dixi utebantur
primogeniti · Timebat ergo iacob ne deprehensus a patre sustineret male
dictionem pro benedictione · Porro matri pelliculas hedorum manibus et collo
eius circumdedit ut similitudinem pilorum similitudinem fratris exprimeret hyrsutus
est quam similimi erant tamquam gemini · Acceptos ergo cibos iacob patri obtulit
dicens Ego sum esau comede de venatione mea ut benedicat mihi anima tua
Cui ysaac Accede ut tangam te et probem utrum tu sis esau an non · Quo
palpato ait · Vox quidem vox iacob est · sed manus sunt esau · Cum autem come
disset hausisset quoque vinum osculatus est filium et benedixit ei dicens · Det
tibi deus de rore celi et de pinguedine terre habundantiam frumenti vini et
olei Hiis tribus solet omnis fertilitas terre intelligi · pro ~~frumento cibus~~ frumenti
cibus pro vinum potus · pro oleum pulmentum · Et addidit · Serviant tibi populi et tribus
esto dominus fratrum tuorum · Qui maledixerit tibi sit ille maledictus · Vel sic non
dixit zelo vindicte sed amore iusticie · et qui benedixerit tibi benedictionibus
repleatur · Nota tria que in benedictione promissa sunt · habundancia potencia primo
genitura patris temporis sunt · quorum · scilicet benedictio vel salutis optatio fuit est
Et ideo in benedictionibus mortuorum sacerdotum solet dici · benedictus est iacob secundum verba
non secundum intentionem patris sicut episcopus ordinat alienum quem putat esse suum et
est ordinatus · Vix simone complevit pater egresso iacob venit esau cibos
afferens patri petens ab eo benedictionem · Expavit ysaac vehementer et in
hac extasi vidit in spiritu a domino hoc esse factum et significationem pie fraudis
intellexit et ideo non maledixit sed quod fecerat confirmavit dicens · Venit frater
tuus fraudulenter · id est latenter et accepit benedictionem tuam et erit benedictus
Cui esau Iuste vocatum est nomen eius iacob · id est supplantator · en altera vice
supplantavit me · id est bis decepit · prius primogenita 2° benedictionem sicut primogenitus
Cumque et ipse a patre benedici postularet · et pater hesitaret in quo benediceret ei
vehementer insisteret · motus ysaac ait · In pinguedine terre et in rore celi
desuper erit benedictio tua et ita fuit · ydumea enim pascualis est Et addidit
de posteris eius prophetans · Vives gladio · id est bellicosus eris et fratri
tuo servies · scilicet cum ydumea facta est tributaria domini israel · sed veniet tempus
cum excucies iugum de cervicibus tuis hoc impletum est cum rebellaverunt
ydumei ne essent sub iuda · Odit ergo esau iacob et dixit in corde suo
Venient dies luctus · id est mortis patris mei ut occidam iacob · Nunciata
sunt hec rebecce · Eodem spiritu sensit hoc rebecca · cognitu cordis · scilicet esau
quo intimaverat iacob fraudare fratrem · Expensatur ergo iacob de mendacio
in patrem et dolo in fratrem pro infirmitate matris · matri vero pro familiare consilium spiritus
sancti · Que ait ad iacob · Fuge ad laban fratrem meum et esto ibi donec
requiescat indignacio fratris tui · quod nec absque licencia patris fiet · ait
rebecca viro suo · Si acceperit iacob uxorem de filiabus heth nolo vivere

∴ Nota Ego sum enim primogenitus sum et benedictio sicut prius erat esau · non mentitur sicut non repre
dicens iohannem helyam esse non personaliter sed in similitudine ·

Et advocavit ysaac iacob benedixit ei. Et precepit ei ut in mesopo-
tamiam iret acciperet sibi uxorem de filiabus laban. Videns autem esau quod of-
fendisset patrem suum per nuptias alienigenarum ivit ad ysmaelem pa-
truum suum accipiens sibi uxorem filiam eius maleth sororem nabaioth
uterinam. absque hiis quas prius habebat. *De sompno iacob cum fugeret*
Igitur egressus iacob de *in mesopotamiam et de separatione iacob et esau*
barsabee pergebat arram per chananeam iter faciens timuit incolas
terre quia ut ait iosephus cananei erant inimici ysaac parentibus bellis
eius valde conati maiorem cum cariatharim cepisset eum quam prius perpe-
laborantur. Timuit ergo iacob apud aliquem provincialium intrare et sub di-
vo iacebat. Cum autem venisset in locum luzam vespere. supposuit capiti suo
lapidem et obdormivit et vidit in sompnis scalam erectam a terris celos
attingentem et ascendentes angelos et descendentes per eam. Iosephus dicit
quod vidit descendentes figuras per eam honestiore natura humana habentes sp-
herentes et dominum innixum scale et dicentem sibi. Ego sum deus abraham et
deus ysaac. terram hanc dabo tibi et semini tuo. Benedicentur in te et in se-
mine tuo omnes tribus terre. Ero custos tuus in hoc itinere et reducam
te in terram hanc. Ordine prepostero usus est dominus. prius enim in terra promissionis
custodivit iacob post sub iosue dedit semini eius terram illam. In se-
mine in christo qui de iacob benedicentur scilicet tribus terre. Evigilans iacob ait
Vere dominus est in loco isto et ego nesciebam. Terribilis est locus iste et
est domus dei hic et porta celi. et prophetavit de lege et templo et passi-
one christi que in terra illa futura erant. Terribilis est lex. domus dei templum
passio christi. apertio porte celi. Et lapidem quem supposuerat capiti suo
erexit ibi in titulum. id est in commendabile memoriam huius visionis et liba-
vit super eum oleum deo vovens deo qui apparuerat ei quod pro sibi esse in deum
et lapidem. id est locum lapidis pro se sibi et in reditu decimas et hostias se
ibi oblaturum et urbem proximam etiam honorandam decrevit vocavit eam
bethel. id est domum dei vel secundum iosephum. id est hostiam dei. Primus enim a iebu-
seis iebus. post ab eis qui eam condiderunt luza vocabatur. id est nux vel
amigdalus quia cum primo ibi fundamenta iacerent radix amigdali-
na inventa est vel copia huius generis arborum ibi est. Proficiscens in mesopo-
tamiam longo tempore pervenit in charan et venit ad puteum in agro opertum
lapide grandi iuxta quem tres greges accubabant. Cumque dixisset pas-
toribus ut adaquarent greges et ad pastum reducerent. accepit mo-
ris esse ibi non amoveri lapidem donec omnes greges convenirent ne licet
peculiariter greges adaquare. Cumque percunctaretur de laban. Valet
inquiunt pastores. Et ecce rachel filia sua cum grege suo. quam
cum advenisset amovit iacob lapidem ab ore putei. Pater enim eius nec
solus iuxta iacob. et adaquavit gregem eius et indicans se consobrinum
eius osculatus est eam. que nunciavit hec patri. Qui occurrit duxit iacob
in domum suam. et audita causa fuge dixit ei. Os meum et caro mea
es et ideo securus latebis apud me tamen cura gregis cum hiis
decernitur. Post mensem vero dedit iacob optionem mercedis pro

Lapidem. Rudis. Durissimum cervical in est spinea corona capitis tui bone ihesu.
Obdormivit. Exegetice. In itinere dormire est in prosperis intus rursum a terrenis
amore quiescere. Vidit. Divina aspexit qui ab appetitu temporalium oculos clauditur.

servicio pastorali. de uxoribus Iacob. Genesis vicesimonono.
Habebat autem laban duas filias. lyam lippis oculis et rachel
venusto aspectu. quam diligens iacob ait. Serviam tibi pro rachel
septem annis. Servivit igitur pro rachel septem annis et videbantur ei pau
ci dies pre amoris magnitudine. non enim dictum est absolute pauci quia desideran
tium animo ipsa velocitas tarda est. sed dictum est pauci quia videbatur ei rem
tam amabilem paucis diebus emisse. longe et pluribus annis fuisset
pro ea si necesse ea carmisset(?). Vel dies vocat laborem dierum quia videbatur
ei minimus quia laborem levigabat amor. Completo septimo anno fecit laban
nuptias convivio suo. Vespere autem facto subintroduxit ~~lyam~~ laban lyam.
dans filie ancillam zelpham. Iacob vero ut dicit iosephus pro ebrietate
et nocte circumventus est hic. Die facto apud laban de iniusticia conquerebatur.
qui tamen necessitati veniam postulavit. morem ibi esse asserens maio
res ante tradi ad nuptias. sed post alios septem annos se daturum ei ra
chel laudavit. Cum prelati tempus diceret se non liberare filias ad ex
traneos missurum cum etiam de sorore primam ageret quod illam illuc direx
isset. Iosephus vero dicit transisse illos quia dixerunt post septem alios annos
rachel tradendam. sed post septem dies convivii nuptiarum quos quia perturbare
alia superinducta sponsa fas non erat. Quibus finitis iacob potitus
optatis nuptiis amorem sequentis priori pretulit serviens pro rachel
septem annis. Dominus autem aperuit vulvam lye. sorore sterili permanen
te ut amorem viri fecunditate consequeretur. que peperit filium et ait. Vi
dit dominus humilitatem meam id est vilitatem erga maritum. et ideo vocavit
filium ruben id est visionis filium. Rursus peperit alium et ait. Audivit
me dominus haberi contemptui. et ideo dictus est symeon id est audicio. Peperit
tercium filium et ait. Copulabitur mihi vir meus quia addidi ei filios. et ob
hoc dictus est levi id est addicio vel firmacio societatis. Secundum iosephum
peperit quartum et ait. Modo confitebor domino. et ob hoc dictus est iudas id est con
fessio. cessavitque parere. Cernens autem rachel invidebat sorori et ait ad
iacob. Da mihi liberos alioquin moriar. Cui ait iratus. numquid ego sum deus.
Et illa. Si non de me saltem de ancilla. et dedit ei balam in coniugium non
in uxorem sed ut ei ingredieretur. Peperit bala filium et dixit rachel. Iudi
cavit me dominus id est equavit me sorori. et ob hoc dictus est puer dan id est iu
dicium. Peperit et alium et ait rachel. Comparata sum sorori et invalui et
ob hoc dictus est puer neptalim id est comparacio vel dilatacio. Lya vero tradi
dit viro zelpham que peperit filium. et ait lya. Feliciter accidit mihi. et dictus
est puer gad id est felicitas. Peperit etiam alterum et ait lya. beatam me
dicent mulieres et dictus est puer asser id est beatus. Incidencia.
His temporibus factum est diluvium particulare in achaia sub ogige rege quod urbem
que vocabatur acta inundavit(?) eleusinam nominavit. Tunc etiam apud lacum
tritonidem virgo apparuit quam greci minervam dixerunt. Hec plures
artes adinvenit et maxime lanificium. Eadem dicta est pallas a pallante
insula tracie in qua nutrita est. vel a pallante gygante quem interfecit.
Traditur autem quod diluvium illud cyclades insule longo tempore obumbrate
fuissent aquis tandem rarescentibus prima inter eas delos illuminata est sole et ideo
delos dicta quod sonat manifestum. De reliquis filiis lye et ortu ioseph.

Gen. 30.

Ruben tempore messis tritice .s. iam collectis ordeis. et modo messis
vel forte tres collectiones a mercede .i. colligendo messes distin
xerunt messis pomorum. messis tritica que secunda. vindemiarum messis que tertia. Hoc
igitur tempore ab agro regressus ruben. tulit mandragoras et dedit matri
sue. Cuius esum desiderans rachel ait lye. Da mihi de mandragoris
filii tui. Opinatur enim quidam hoc genus pomi in esum sumptum sterilibus
fecunditatem parere. quod augustinus falsum esse dicit. Cum enim mandragoras
vidisset occasione huius lectionis omnem vim et naturam eius diligenter
se perscrutatum asserit et nichil tale se in ea repperisse. Et ait lya
parum ne tibi videtur quod abstuleris mihi virum meum nisi et mandragoras
simul tuleris. Rachel mitigans sororis iram ait. Dormiat tecum hac
nocte pro mandragoris filii. Et occurrit lya redeunti iacob de
agro quod eum mercede conduxisset significans et concepit nocte illa
et peperit quintum filium et ait Deus dedit mihi mercedem. quia dedi ancillam
viro meo. Et ideo vocavit nomen eius ysachar quod sonat merces.
Achar enim merces. pro eo etiam vocavit eum sic. quia pro mandragoris
emerat viri introitum. Rursum lya concepit et peperit sextum filium et
ait. Mecum habitabit vir meus quia genui ei sex filios et ob hoc
vocavit puerum zabulun .i. habitaculum. In fine libri tamen nominum he
breorum videtur fluxus noctis interpretari. Post quem peperit filiam no
mine dynam. Recordatus est dominus rachelis et aperuit vulvam eius
que peperit filium dicens. Addat mihi dominus filium alterum et ob hoc dictus est
¶ de diversis coloribus virgarum et fetuum
puer ioseph .i. augmentum. ¶ Finitis quattuordecim annis servicii iacob
pro uxoribus suis. dixit socero suo Da mihi uxores et liberos meos ut re
vertar in terram meam. Et ait laban. Inveniam gratiam in conspectu tuo ut adhuc
mihi servias .vii. annis et constitue mercedem quam dem tibi. scio enim quia propter te
benedixerit mihi deus. Et ait iacob. Iustum est ut aliquando provideam domui mee
tamen si feceris quod postulo adhuc pascam pecora tua. Separa greges tuos
varios et sparso vellere et trade in manu filiorum tuorum. Unicolores
vero trade mihi et quod ex unicoloribus varium natum fuerit sit merces mea.
quod unius coloris tuum. Tecum fecit naturam ut alba nigra ex nigris
nascantur. meum iusticia mea dum deus pro labore meo quod sibi iustum videtur
debitum reddet mihi contra naturam. Gratum habuit hoc laban et separa
vit omnes diversi coloris et dedit filiis suis in custodiam unicolores
tradidit iacob. Et separavit inter trium dierum iter iacob et filios
suos ne quis ex vicinitate pecoris miscerentur adulteria. Hoc tamen dem
planum est nisi quod in textu legitur quod laban unicolorem gregem in
manu filiorum suorum tradidit quod contrarium videtur ei quod diximus
prius dici tradidisse in manu filiorum suorum .i. nepotum filiorum suorum
.s. filiorum iacob qui sub patre opiliones erant. Vel per anticipationem
dicitur .i. unicolorum gregem postea natum sub custodia iacob dedit
filiis suis cum diversi coloris pius dato. Iosephus quoque dicit usque ad se
ptimum consensum hunc locum fuisse. Iacob autem novam nature superficiem
commentatus fingens contra naturam arte pugnavit. Tulit enim
virgas virides populeas quas ysopus stirnicas vocat et amig

dalinas et platanimas quas per loca decorticans varium virgarum
fecit colorem. Forte tres erant canales et tres virgas tum eiusdem
longitudinis cum canalibus tulit. Cuique canali suam virgam imponens. Forte
plures in canalibus virge erant. Observabat autem iacob tempus quo pecora
ascendebat et in fine diei cum ad potandum avida pergeret. Ipsa
aviditate potandi fiebat ut oves et capre ascendi. Ut tales fetus
conciperent quales umbras arietum et hircorum super se ascendentium
in aquarum speculo videbant. Ex virgis etiam ibi positis varius
erat umbrarum color. Nec autem omnes fetus diversi coloris fiebant et de
his dicitur. Sic ditatur iacob. Primo tempore cum ascendebant oves quia
verni fetus meliores sunt ponebat virgas ut in conspectu earum conciperent.
In serotina vero admissura id est in ea que fiebat in extremitate
veris deteriores sunt fetus. Quia in tarde appetentibus coitum minus
viget natura. Et ideo tunc non apponebat virgas. Et ita que serotina erant
facta sunt laban et que primi temporis iacob. Vel forte serotina dicta est
admissura in autumpno quia natura ovium mesopotamie et ytalie
eadem esse traditur. Ita ut bis in anno pariant. Unde poeta. Bis gravide
pecudes. Quod autem dicitur quod in virgis conciperent dicit Iosephus virum hebrei
ubi visi in coitu expressi non posse significat et extremam totius corporis
concussionem in fine coitus extremo. Nec mirum similem conspectu ymaginem
prolem sobolem fieri quia in extremo voluptatis cum hoc ipsum in equarum
gregibus apud hispanos fieri dicat Iosephus. Et quintilianus matronam
accusatam quod ethiopem peperisset ex ymaginis conspectu hoc accidisse
argumentans defendisset. Et in libris ypocratis scriptum reperitur quandam
puniendam quia pulcherrimum peperisset utrique parenti genere quibus eorum tota
dissimilem nisi monuisset ypocras querere ne forte talis pictura
esset in cubiculo. ¶ Ditatus est ergo iacob ultra modum. Postquam audi-
vit verba filiorum laban dicentium tulit iacob mea et de facultate patris
nostri factus est inclitus. Etiam faciem laban aduertit quod non esset erga
se sicut heri et nudiustertius maxime domino dicente sibi. Revertere in terram
tuam et ero tecum. Misit et vocavit lyam et rachel in agrum ubi pascebat
gregem et ait. Faciem patris vestri non est mecum. Scitis etiam quod circumvenit
me et immutavit mercedem meam. x. vicibus. Lxx dicunt x. annis. Et intelli-
gunt per x. annis id est x. circumvolucionibus. Quod varia mutatio in vi. annis facta
est. Dicit etiam iosephus quod omne tempus quod fuit cum laban. xx. annorum fuit.
Voluit ergo iacob tertiam septimanam annorum complere sub illo per eius inequitatem.
Videns et laban plures nasci diversi coloris arcebat. Deinceps unico-
lores sint mercedes tua. Iterum cum videbat unicolores multiplicari etiam
mercedem mutabat. Et addidit iacob. Deus tulit substantiam patris vestri et
dedit michi quia in sompnis ostendebat michi species fetuum qui nascituri essent. Deinde
mihi. Surge et egredere de terra hac. Responderunt lya et rachel. Quasi ali-
enas reputavit nos pater. Numquid residuum quicquam habebimus de facultatibus
et hereditate eius. Fac quecumque precepit tibi deus. ¶ Surgens
ergo iacob cum uxoribus et liberis abiit. Tulitque omnem substantiam et greges

Genes. 31.

De fuga iacob
et federe inito
cum laban.

et que in Mesopotamia acquisierat. Decepit etiam Iacob ut ait Io-
sephus nesciente Laban medietatem gregis qui eo tempore ad tonden-
das oves ierat. Rachel autem nesciente patre et viro ydola patris sui
preciosa furata est. et tulit secum non quod colendum quia docente viro
sciebat non esse colenda. sed si comprehenderent patrem consequente ut ad illa
fugiendo veniam impetraret. Iniit ergo Iacob ab amne transmisso contra
montem Galaad et nunciatum est Laban die tercio quod fugisset Iacob. Qui
assumptis filiis et cognatis insecutus est eum septem diebus. Tamen Iosephus
dicit Laban post primum diem cognovisse discessum Iacob et filiarum et
secutus est eos et in colle quiescentes collocatos invenit eos. Potest dici quod si in
die tercio cognovit tamen post primum diem dicitur cognovisse quia tunc
egressus nuncius tercia die venit ad eum ubi filii pascebant greges
qui separati erant a Iacob itinere trium dierum ut predictum est. Vidit autem
Laban in sompnis deum dicentem sibi. Cave ne quidquam aspere loquaris contra
Iacob. Qui consurgens ait ad Iacob. Cur me ignorante fugisti
et cur eciam furatus es deos meos. Consobrinus et gener meus et conso-
lator meus hoc facere non debueras. Respondit Iacob. Timui ne fi-
lias tuas violenter auferres mihi. quia tu non tam me quam filios servire [illegible]
Quod autem furti me arguis. apud quemcumque inveneris deos necetur
coram fratribus nostris. Ingressus ergo Laban tabernaculum Lye et ancillarum
non invenit. Cumque intrasset tabernaculum Rachel illa sub stramento ca-
meli abscondit ydola et sedit desuper. et querenti patri ait. Ne irascatur
dominus meus quod coram eo non assurgere. quia iuxta consuetudinem femi-
narum nunc accidit mihi et sic delusa est sollicitudo querentis. Iratusque
Iacob increpavit eum quod diligenti servicio per xx annos non meruit
ut ipse omnem suppellectilem suam servaret. Et ait Laban. Omnia que
habes mea sunt. sed quid possum facere filiis et nepotibus meis. Veni
et ineamus fedus. Tulit ergo Iacob lapidem et erexit illum in titulum federis
et ait fratribus suis. Afferte lapides. Qui congregantes fecerunt tumu-
lum et comederunt super eum. Et dixit Laban. Tumulus iste sit testis federis
inter nos ne ego transeam illum pergens contra te malum tibi cogitans. neque tu [illegible]
[illegible] ad me nocens. neque affligas filias meas. neque uxores alias
ducas super eas. et ob hoc dixit Iacob ligna sua colle Galaad
id est acervus testimonii. gal enim acervus. aad testimonium. Laban vocavit
ligna sua sermone suo. vocavit eum igitur Seduta. Laban autem de nocte con-
surgens benedixit illis reversus est in locum suum. Porro Iosephus dicit
eos in monte columpnam statuisse sub stemmate are. Forte acervum co-
lumpnam nominavit. De muneribus premissis Esau. Genesis. 32

Gen. 32°

Iacob abiit itinere quo ceperat. Fuit ergo obviam ei multitudo angelorum
et ob hoc vocavit illum ~~Mahanaim~~ locum Mahanaim id est castra. Vi-
dit ibi angelos qui parati eum defendere a fratre suo quem timebat.
Misit autem ab illo loco nuncios ad fratrem qui explorarent animum fratris.
Qui reversi nunciaverunt Esau sibi occurrere pacifico animo cum ~~[illegible]~~
viris. Timuit ergo Iacob non de promissione angelorum diffidens sed
more hominum perturbatus divisit populum qui secum erat in duas turmas

et ancillas et liberos earum in prima turba. In secunda liberas et filios
earum ita tamen quod in extremitate eius posuit rachel et ioseph tamquam
cariores. Unde et quidam estimaverunt pictores etiam turmam rachel
et ioseph habuisse. Sic autem divisit ut si veniret esau ad necandum
et porcionem perimeret turma reliqua fugiens salvaretur. Deinde autem
ibidem de hiis que habebat munera fratri suo quasi cariora et pulchriora
et diversorum generum animalia. Misit etiam ea per diversos nuncios ponens spacium
inter gregem et gregem ut ex frequentia munerum sese subsequencium
multa esse putaret ut muneribus si quid adhuc indignationis esset
in esau placaretur. Precesserunt ergo munera ipse autem adhuc erat in ma-
nibus. Consurgens quoque ante diluculum traduxit uxores et filios cum om-
nibus ad se pertinentibus per vadum iaboth. Josephus dicit quod per torrentem nomine
iaboth transierunt. In genesi legitur cum orasset ~~iacob~~ iacob timens
fratrem dixit. In baculo meo transivi iordanem istum et nunc cum duabus
turmis regredior. Forte iordanis erat quem transivit. Quia ibi erat
calculosus torrens dicebatur vadum iacob quod interpretatur calculus. Forte
etiam per vicio scriptoris pro iacob iaboth legitur et ex transitu illo sor-
titum est nomen vadum iacob. De luctatione iacob cum angelo.

Qui autem precedentibus turmis solus in ripa fluminis remansit ut oraret
Et ecce vir luctabatur cum eo usque mane. Et tetigit nervum fe-
moris eius et emarcuit. Unde et iacob proposuit se deinceps non comes-
turum nervum et idipsum posteritas eius observavit. Cumque ascenderet
aurora. dixit vir ad eum. Dimitte me. Qui respondit. Non dimittam te
nisi benedixeris mihi. Viro autem querenti nomen eius ait se vocari iacob. Nequaquam
inquit ille appellabitur nomen tuum iacob sed israel. Quia si contra deum fortis fu-
isti quanto magis contra homines prevalebis. Et ita benedixit ei mutando
ei nomen et confirmando ne timeret fratrem. Cui enim contra deum steterat invic-
tus fratrem est ei insignum quia invicte stabit contra fratrem. Josephus dicit hoc nomen
israhel hebraice ~~vel~~ sonare reluctantem angelum sanctum. In libro autem
hebreorum nominum interpretatur vir videns deum. Is est vir. el nomen dei. Ra vi-
dens deum. Vel mens videns deum. Hanc autem interpretationem dicit ieronimus non
tam vere quam violenter factam esse. Illam iosephus dicit in hebreo se non invenisse
et dicit illud nomen sonare princeps cum deo. Sic et angelum interpretatum fu-
isse asserit scilicet contra deum fortis vel princeps fuisti. Ita legitur. Vocavit itaque
iacob illum locum phanuel id est faciem dei. Et ait. Vidi dominum facie ad fa-
ciem et salva facta est anima mea id est valde est vita plurimum confortata.

Cumque transgressus esset phanuel ortus est ei sol et claudicabat pede.
Elevans autem oculos De occursu esau et emptione agri. Gen. 33.
vidit esau et cum eo quadringentos viros et precedens utrasque turmas
ipse secutus adoravit pronus in terram sepcies. Currens autem esau amplexatus
est iacob et deosculatus flevit et quesivit eum de mulieribus et parvulis.
Cumque accepisset pertinere ad iacob accessit et deosculatus est eos. Cum-
que nollet esau munera ~~transmissa~~ iterum premissa. Se plurimum habun-
dare dicens ait iacob. Si inveni graciam coram domino meo accipe mu-
nusculum de manu mea. Sic vidi faciem tuam quasi viderim vultum dei id est

alterius potentissimi · Nec enim aut deum credebat eum · aut in tantam prorupisset
adulacionem · Reuersus est ergo esau die illo in seyr villam suam quam de
nomine suo sic dixerat · Iacob autem modice procedens fixit tabernacula in
loco quem ob hoc dixit socchot · i · tabernacula de quo dicit ieronimus socchoth
est usque hodie ciuitas trans iordanem in parte sicopoleos ubi gedeon trans-
cat iordanem cum locutus est ad viros socchot · Sed mirum quod dixit trans
iordanem cum esset in socchot forte trans iordanem dixit respectu meso-
potamie de qua redibat iacob · vel potius nondum transierat iordanem sed
iaboch · cum autem dixit supra · iordanem istum non prius [illegible] sed
nomen [illegible] ipsum [illegible] · Abiit quoque de socchot in salem urbem
scilicet sychimorum · i · in sychem · Nam sichem et sychimim vel sichimite di-
cuntur vel forte binomia erat · vel ut hebrei tradunt · moyses eam
tunc tamen vocauit salem · i · consummatam et perfectam · quod ibi fuerit claudi-
cacio iacob claudicatis sanatum sit · Porro iacob emit [illegible] partem
agri ab emor rege sichimorum et filiis eius centum agnis et habi-
tauit ibi · et erecto altari inuocauit fortissimum deum israel · De raptu

gen · 34 ·

Egressa est autem dyna dyne a sychimitis · et fuga iacob propter sichimitas
ut videret mulieres regionis illius · quia ut ait iosephus sichi-
mitis solempnitatem habentibus sola transiuit ad urbem emptura or-
namenta muliebria mulierum · Quam videns sychem filius regis ad-
amauit eam et rapuit et vi oppressit virginem et conglutinata est
anima eius cum ea et ait patri · Accipe mihi puellam hanc coniugem · Egressus
quoque rege cum filio ad iacob · filii iacob venerunt de agro et irati
sunt · Regi autem [illegible] victoriam eorum [illegible] et societatem et
ut mutua contraherent coniugia et sichem offerenti multa et pro-
mittenti ampliora · Responderunt in dolo · Illicitum est apud nos fede-
ri incircumcisis · sed circumcidamini et erimus populus unus · Placuit ob-
lacio emor et filio eius · nec distulit adolescens quin statim ad pla-
et intrantes urbem persuaserunt populo et circumcisi sunt omnes · Et ecce die
tercia quando grauissimus est dolor vulneris symeon et leui arreptis gla-
diis confidenter urbem ingressi sunt et interficientes omnem masculum [illegible]
tulerunt sororem de domo sichem · ceteri vero fratres irruerunt super occisos
et depopulati sunt urbem paruulos quoque et uxores captiuas duxe-
runt · Iosephus autem dicit · cum esset festiuitas et sichimite in
quiete et epulis vacarent [illegible] primos custodes assistentes et
dormientes occiderunt · Quo agnito dixit iacob · Symeon et leui
turbastis me et odiosum fecistis habitatoribus terre huius perimentque
me et delebor ego et domus mea · Dominus autem confortans illum ait ad
eum · Surge et ascende bethel et habita ibi et fac ibi altare deo qui

gen · 35 ·

apparuit tibi · sed primo sanctifica · i · purga tuos · Iacob autem conuo-
cata domo dixit purgate et suos [illegible] deos laban ut ait iosephus
nesciebat quod celasset eos rachel in terra sub arbore et ait
suis abicite deos alienos et mundamini et ascendamus in bethel
sychem etiam attulerunt ydola et inaures · i · ornamenta ydolorum
a parte eorum · que omnia effodit iacob subter terebintum que est post

urbem sichem · Traditur quidam quod ea dauid tulerit in ierusalem et conflatum in materiam templi quod facere disposuerat · Porro terror dei inuasit finitimos ne persequerentur iacob · Qui profectus uenit in bethel et edificauit ibi altare optulitque domino mixtum id quod prius uouerat · Eo tempore mortua est delbora nutrix rebecce et sepulta infra bethel sub terebinto et uocatum est nomen loci quercus fletus · Et nota quod hic uidetur quod terebinthus et quercus sint idem · Apparuitque ei iterum dominus et ait · Non uocaberis ultra iacob sed israel erit nomen tuum et appellauit eum israel · Ecce patet quod supra [?] premisit nomen tuum · hic autem imposuit. De morte rachel in partu beniamin ·

Egressus inde iacob uenit uerno tempore ad terram que ducit effratam · id est bethleem et est anticipatio · postea enim dicta est effrata ab uxore caleph que ibi sepulta est · Ibique cum parturiret rachel cepit periclitari tamen peperit filium · Egrediente autem anima pre dolore partus moriens uocauit filium benoni · id est filium doloris · Pater uero cum esset euidenter eum uocauit eum beniamin · id est filium dextre · Sepulta est ergo in uia que ducit bethleem et sola fratrum cognatos honore sepulture abrahe hic non meruit · Erexit que iacob titulum super sepulchrum eius qui apparet usque in presentem diem · Et egressus inde fixit tabernaculum trans turrim ader · id est turrim gregis · Hunc locum dicunt hebrei ubi post edificatum est templum · et dicitur quodam uaticinio turris gregis · id est congregationis future ad templum · Nostri autem locum esse iuxta bethleem ubi angelorum grex in ortu domini cecinit · Vel iacob greges suos pauit · nomen inde loco reliquens · Cumque habitaret ibi ruben dormiuit cum bala concubina patris quod tamen non latuit iacob.

Venit etiam ad ysaac De morte ysaac et regibus edom · patrem suum in ciuitate ebron et iam mortuam inuenit matrem sed et etiam multum post aduentum eius · completi sunt dies ysaac · c · lxxx · annorum · et secundum iosephum · c · lxxxv · annorum et appositus est populo suo senex ac plenus dierum et sepelierunt eum filii sui esau et iacob in spelunca duplici · Hic terminatur primus liber iosephi ·

36. Porro mortuo patre diuitiis sunt esau et iacob · ita quod terra eos non caperet · Et recedit esau ad montana que possiderat et dicta est terra ab edom ydumea que prius dicebatur bosra · Enumerat et xii · reges terre illius a primo usque ad ultimum quem uidere potuit ait · Et regnauit post bale iobal filius zare de bosra et hunc dicunt quidam fuisse iob quinque [?] preposterum esau sed hebrei contradicunt ut dictum est supra · Videtur etiam in genesi quod eadem terra ante esau etiam dicta fuit seyr · Enumeratis et filiis esau enumerat principes horreorum qui fuerunt in terra ante esau de quibus scriptum est · Isti filii seyr horrei habitatores terre et · horreos enim expulit esau ut legitur in paralipomenon · Quidam dicunt hic enumeratos reges qui fuerunt in edom antequam filii israhel habuissent regem · scilicet saul et dicunt hanc enumerationem appositam ab esdra dicunt quam ea scire potuit.

Ydumea est terra damascena nam et esau habitauit ydumasceni.

Theman metropolis ydumee unde eliphaz themanites unde baldad suites · Esrom in finibus ydumee et arabie libanus diuidit ydumeam et fenicem · in radice eius oriuntur albana et farfar fluuii damasci fluentes per anthiochiam ·

In emiacos cum istorum legitur de Ana filio Sebeon cuius filiam duxit Esau
qui aquas calidas invenit in solitudine dum pasceret asinas patris sui.
Hebreum verbum est et incertum iamim. de quo ut ait Ieronimus varie dispu-
tant hebrei. Dicunt quidam iamim maria. quia lacum in heremo invenit. Alii
putant aquas calidas lingua punica que affinis est hebree hoc nomine
dici quas greci termas dicunt. Alii dicunt eum onagros asinabus
admisisse ut inde velociores asini nascerentur. Et nota quod in recapitulatione
filiorum Esau post Moysen alia nomina uxorum eius ab aliis quam prius posita.
Dicit etiam Iosephus quod Amelech filius Esau naturalis. scilicet de concubina ha-
bitavit in regione que Gabaolitis dicebatur et dixit eam Amale-
chitem. Hiis vero premissis transeundum est ad generationem Iacob. De ven-

gen. 37º

Ioseph cum xvi esset annorum dicione ioseph quam premiserat. gen. 37
pascebat gregem patris sui. Dicitur quod ante mortem Ysaac xii annis ven-
ditus est Ioseph quod sic probatur. Sexagenarius erat Ysaac cum nati sunt Iacob
et clxxx annorum mortuus est. ergo cxx erat Iacob in morte patris. in
vendicione autem filii cviii annorum. Cum et venit ad Ioseph in Egyptum
cxxx annorum erat. Sed inter descensum eius in Egyptum et vendicionem Ioseph
fuerunt xxii anni. Ioseph enim xvii annorum erat cum venditus est in Egyp-
tum ~~quia speciosior corpore~~ et xxxix quando venit ad eum pater. Redit ergo
Moyses ad id quod pretermiserat. Dum ergo Iacob de Mesopotamia
rediret et nondum venisset ad patrem adhuc vivente Rachel sed
Iosephum facta est vendicio Ioseph in hunc modum. Oderunt eum fratres sui
quia a patre plus ceteris amabatur. tum quia in senectute genuerat eum
quia speciosior erat corpore et sapientior erat ceteris. accusavitque fra-
tres apud patrem crimine pessimo vel de odio in ipsum vel de coitu
cum brutis. vel solum Ruben pro concubina patris. Fecitque ei pater tu-
nicam polimitam. id est manu vel acu pictam. Vel secundum Aquilam tunicam
astragolicam. id est talarem. Vel secundum Symachum tunicam manicatam. id est
manicas habentem. Alii colobiis utebantur ut expediciores essent. Potest
dici manicata. manu picta acu. scilicet superinducta. Causa tamen odii ma-
xime fuit visio sompniorum. Retulit enim sompnium fratribus quod viderat dicens. Pu-
tabam nos ligare manipulos in agro et vidi vestros manipulos adorare
meum manipulum stantem. Qui dixerunt. Numquid rex noster eris. Aliud
quoque sompnium patre presente retulit eis. Vidi itaque solem et lunam et stellas
undecim adorare me. Increpavit eum pater et dixit. Numquid ego et ma-
ter tua et fratres tui adorabimus te super terram. Poterat hoc dicere
quia mater adhuc vivebat. tamen nec mater adoravit eum quia nondum descenderat
in Egyptum nec pater legitur adorasse eum quia nec Ioseph sustinuisset sed
fratres adoraverunt et parentes in filiis. Cumque fratres in pascendis grege-
bus morarentur in Sychem misit eum pater de valle Ebron. ut videret
si recte essent fratres et pecora. Cumque non invenisset eos in Sychim inven-
tus est eos in Dothaim. Qui cum vidissent eum procul mutuo loquebantur.
Ecce sompniator venit. occidamus eum et mittamus cadaver in cister-
nam veterem. dicemusque quia fera pessima devoravit eum. Ruben autem vo-
lens liberare eum aiebat. Non effundamus innocentem sanguinem

sed vinum graciamus in cisternam nec post una primatur et mittitur in luctum. Hic
vult iosephus inveniens adhuc vixisse. Nudantes ergo eum tunica
polimita miserunt in cisternam in qua non erat aqua. et recessit ruben
melioris quaerens pascua. Dum autem sederent comedentes panem. viderunt
hysmahelitas venientes de galaad portantes in camelis aromata
et resinam et stacten. i. mirram in egyptum. Dixit ergo iudas fratribus
suis. Melius est ut vendatur ysmahelitis puer iste et manus nostre
non polluantur celando sanguinem eius caro enim et sanguis noster est et
vendiderunt eum madyanitis. xxx. argenteis. Eosdem vocat madia-
nitas quos et ysmahelitas. Madyan autem de cethura filius abra-
he et ysmahel filius agar et filios de duabus uxoribus legitur abraham
ab invicem separasse forte separati prius postea redierunt in unum et fuerunt
populus unus utriusque patris retinentes nomen. Vel forte verum est hebreorum
opinio qui dicunt agar et cethuram unam fuisse. Reversus autem ru-
ben ad cisternam non invenit puerum et evadens intemptum scissis vestibus
eiulabat. sed accepto quod viveret quievit. Tulerunt autem tunicam ioseph
et intinxerunt in sanguine hedi mittentes qui ferrent ad patrem et dicerent
Hanc invenimus vide si tunica filii tui sit. quam cum cognovisset pater
ait. Fera pessima devoravit filium meum ioseph. scissis quoque vestibus
et indutus cilicio luxit filium multo tempore. Congregatis quoque filiis
ut lenirent dolorem patris noluit eos audire sed dicebat. Descendam
ad filium meum lugens in infernum. Erat enim in inferno tunc quidam locus honorum
longe semotus a locis penalibus qui ob quietem et separationem ab aliis
sinus dicebatur. sicut maris sinum dicimus et dictus est etiam sinus abrahe
quia etiam abraham erat ibi in sustentatione usque ad mortem christi. De ingressu

Madyanite vero vendentes ioseph ioseph · in egiptum · cum venditus fuit
putifero eunucho magistro milicie pharaonis. Alii dicunt archi-
magiro. i. principi cocorum a magire quod est occidere. Nec erat a
vero quia apud plures naciones dapifer principibus honorabilior est et
princeps militum. Hunc iosephus vocat petefrem. Sed theodotius non vult eunu-
chum translatum non asserit. hic habuit uxorem et liberos quia et ioseph filiam eius
duxit uxorem nec de eunuchis regis fuit qui parvuli castrabantur. Sed
tradunt hebrei quod videns ioseph elegantem emit eum ut ei misceretur. Dominus
autem custodiens ioseph adeo illum infrigidavit ut deinceps impotens
fuit coire tamquam eunuchus esset. Inde videntes eum ierofanti aptum fac-
tum de more suo eum pontificem eliopoleos. i. domus solis creaverunt
et honoracior erat quam ante in principatu. Ieros sacrum. phanum templum
inde ierophanti. sacri templares. Incidens. Eodem tempore prometheus
frater athlantis quem dicunt fecisse homines tum quia de rudibus doctos
fecit. tum quia legitur fecisse ymagines hominum quas arte quadam deambulare
fecit. Invenit etiam primus anulum ferreum et inclusit gemmam in eo et ungu-
lum vocavit. quia sicut ungues carnem sic gemma metallo circumdatur. Tra-
didit autem ut in quarto digito quem medicum vocant poneretur ad orna-
tum dignioremque hunc reliquis dicimus. quia ab eo usque ad cor quedam vena
protenditur. Dicitur etiam eum repperisse in monte caucaso in manu magna petra

cat driico in grecia venisse et ampliasse agriculturam. Ceres vero pre
instrumentum arandi etiam mensuram granum ad inveniendum cum prius in acer-
vis i. cumulis segetes ponerentur et triticum per actuos malde-
unde et a grecis demetra dicta est. Tunc etiam thelcines victi et expul-
rodum condiderunt. Quod iudas genuit phares et zaram de thamar ge

Eo tempore quo ioseph venditus esset quia hic interseritur etiam ex preoc-
cupatione descendens iudas a fratribus suis iuit ad virum odolla-
mitem nomine hyram et accepit ibi uxorem nomine sue filiam chana-
nei que peperit ei primogenitum her. deinde onam post sela. Dedit autem
iudas her primogenito uxorem nomine thamar. Fuit autem her nequissimus
abutens vasculo ~~mulieris~~ uxoris et occisus est a domino i. inventus est
mortuus iuxta uxorem in thoro. Et dixit iudas ad onam ut ingrede-
retur ad eam et suscitaret semen fratris. In quo patet quedam in lege post scripta
que ante ~~servata~~ sunt. Onam indignans sibi non nasci filios fundebat semen
in terram i. inutiliter uxorem cognoscere satagebat et percussit eum dominus. Re-
misit ergo iudas thamar ut esset vidua in domo patris sui donec cre-
sceret sela. Quo adulto timuit eum dare thamar et dissimulabat. Mor-
tua est autem sue uxor iude qui consolatione accepta post luctum iuit
ad tondendas oves cum hyra opilione suo. Quod audiens thamar
depositis vestibus viduitatis assumpsit teristrum et sedit in bivio
itineris quod ducit thamnam. Hebreum sonat sedit in oculos sic enim
vocatur bivium ubi debet agnoscere viator quo gradiatur. Quam cum vidisset
iudas suspicatus est eam esse i. scortum. Cui dixit. Sine me ut
coeam tecum. Que ait. Quid dabis mihi. Et ille mittam tibi hedum de grege.
At illa. Patiar quod vis si dederis mihi ~~...~~ arrabonem. Et dedit ei anu-
lum et armillam et baculum quem gerebat pro arrabone. Ad unum con-
cubitum concepit mulier geminos et abiit receptis vestibus
viduitatis. Misit ei iudas hedum per pastorem. quam cum non invenisset
reversus est ad iudam sine pignoribus. Post tres autem vel quattuor menses
dictum est iude. Fornicata est thamar uterus eius intumuit. Qui ait produ-
cite eam ut comburatur. Que cum duceretur ad penam. Misit socero suo pig-
nora dicens. De viro cuius sunt hec concepi. Qui ait. Iustior me est quia
non tradidi eam sela filio meo. hoc fecit ne periret semen filii mei.
Attamen ultra non cognovit eam iudas. Instante vero partu apparuerunt duo
in utero. et in ipsa effusione alter protulit manum in qua ligavit obstetrix
coccinum et ait. Hic egredietur prior. Illo autem retrahente manum egressus
est alter. Dixitque mulier. Quare propter te divisa est tibi maceria sa fre ma-
Et ob hoc vocavit eum phares. Maceriam autem vocavit membranam
secundarum vel secundinarum. qua involvitur puer in utero que dividitur in par-
te et sequitur puerum. Postea egressus est alter cum coccino. et dictus est
zara i. oriens quia primus apparuit. vel quia plurimi iusti ex eo nati sunt
ut legitur in paralipomenon. Cum similiter regum in principio tertii libri legatur
quod obstetrix in genesi ligavit coccinum in manu phares i. qui
divisus fuerat et ab eo quod parientem divisit nomen phares sortitus
est. Forte post coccinum cecidit de manu zara et alligavit phares

-iit de filiis gemellis primogenitum distingueret. De temptatione Ioseph.
Igitur Ioseph ductus est in Egyptum, emitque eum Puti- Genesis 39o.
phar, fuitque Dominus cum eo. Domumque domini sui sibi traditam guberna-
bat. Benedixitque Dominus domui Egyptii propter Ioseph, qui cum aliquid de omni-
bus non noverat nisi panem quo vescebatur. Factum est autem quod domina sua in-
iecit oculos in eum et ait: Dormi mecum. Qui ait: Omnia sua tradidit mihi
dominus meus preter te. Quomodo ego possum hoc facere, primo et peccare in deum
meum. Accidit autem, ut ait Iosephus, quod publica festivitate instabat cum
mulieres interesse debebat. Tunc illa egritudinem simulavit viro,
captans ob hoc solitudinem et silentium ut exoraret Ioseph. Et appre-
hensa lacinia pallii Ioseph ait illi: Dormi mecum. Qui relicto
pallio in manu eius egressus est foras. Illa contemptam se dolens in argu-
mentum fidei reverso pallium ostendit viro revertenti dicens: Ingressus
est ad me servus hebreus ut illuderet mihi. Ille nimis credulus con-
iugi victum Ioseph tradidit in carcerem regis. Fuit autem Dominus cum eo,
iniecitque gratiam in conspectu principis carceris, qui carcerem et vinctos in custo-
dia eius posuit. De expositione somniorum pincerne et pistoris. Genesis 40.

Accidit autem ut pincerna regis et pistor in eundem carcerem mitterentur
et Ioseph ministrabat. Videbant autem ambo somnia nocte una. Quos
cum mane vidisset Ioseph tristes, sciscitatus est ab eis causam doloris. Cumque
accepisset quod pro somnio essent dolentes, ait: Referte mihi que vidistis. Numquid non
dei est interpretatio? Et ait prepositus pincernarum: Videbam coram me vitem et in ea
tres fundos vel oculos, scilicet unde funduntur palmites. Alii ponunt tria flagella
vel tres propagines, quod idem est. Et paulatim crescere gemmas et post flo-
res uvas maturescere, premebamque uvas in calicem Pharaonis quem tenebam,
dabamque poculum Pharaoni. Et ait Ioseph: Deus dedit in bonum hominibus usum
vini, unde et ipsi libant. Solvit lites et inficias, et bona est eius visio.
Tres autem propagines tres dies sunt, post quos restituet te Pharao in gradum
pristinum. Memento mei cum bene tibi fuerit, ut suggeras regi ut educat
me, quia de terra hebreorum furtive sublatus sum et innocens in lacum missus sum.
Tunc ait pistor: Vidi quod haberem tria canistra farine super caput meum,
et in superiori portare me cibos qui fiunt arte pistoria. Avesque comedere ex
eo. Iosephus ait: Duo plena canistra panibus, tertium vero obsonio, variis obsonio
scilicet cibis que solent regibus ministrari. Grecus habet tria canistra conapion,
id est panum sordidorum. Et potuit esse quod in superiori erant panes sordidi grossi non deli-
cati, super quos erant panes similaginei, quibus edebat Pharao. Et ait Ioseph:
Mallem me esse interpretem bonorum. Tres etiam dies sunt post quos Pharao suspendet
te in cruce et comedent aves carnes tuas. Exinde dies tertius natalicius
erat Pharaonis, et inter epulas recordatus est pincerne et restituit eum in gradum; pis-
torem vero suspendit. Oblitusque est pincerna interpretis sui. De sublimatione Io-
Post duos annos vidit Pharao som- seph per expositionem somnii Pharaonis. Genesis 41o.
nium. Putabat se stare super flumen de quo ascendebant septem boves
crasse et obese carnibus, id est plenis, quod ob esum eveniunt. Et post alie
septem emergebant de flumine summe confecte macie et devorabant priores.
Expergefactus Pharao rursum obdormivit et vidit alterum somnium. Septem
spice plene pullulabant in culmo uno, alieque totidem tenues eas comedebant.

Hugo. Fornicationis familiaris inimicus numquam fugatur nisi cum fugitur, numquam mactatur nisi cum corpus maceratur.

~~Cui preudet Domina sua tradidit mihi dominus meus preter te. Quomodo possum hanc rem facere, primo et peccare~~
~~in deum meum. Accidit autem ut ait Iosephus quod publicam festivitatem instabat cum~~
~~mulieres interesse debebat. Tunc illa egritudinem simulabat viro, captans ob hoc~~
~~solitudinem et silentium ut exoraret Ioseph. Et apprehensa lacinia pallii Ioseph~~
~~ait illi: Dormi mecum. Qui relicto~~

tenues et percussae uredine que devorabant priores. Territus pharao convocavit coniectores et sapientes egypti nec erat qui interpretaretur. Et recordatus est pincerna ioseph et eius suggestione. ad iussum regis ioseph de carcere eductum totonderunt. Tunc enim et capilli et excrementa crimini attribuebantur et veste mutata oblatus est regi. Rex quoque apprehensa eius dextera ait. Vidi per somnium. vel vidi somnia nec timeas edisserere quid sit. Narravitque quod viderat et ait ioseph. Somnium regis unum est .i. unius significationis ostendit deus pharaoni que facturus est. Ecce septem anni venient fertilitatis magnae in universa terra egypti quos sequentur alii septem anni sterilitatis ut oblivioni detur cuncta retro habundantia. Ad idem faciunt boves agricole et spice et repetitio somnii firmitatis indicium. Aut iuxta philosophum vidisti hoc. cum fertilitatis et sterilitatis ex flumine maxime oriatur. Nunc ergo provideat rex virum qui quintam partem frugum per vii annos fertilitatis congreget in horrea regis ut fiant parati contra famem futuram. Pharao utrumque miratus in ioseph et somnii solutionem et consilii discretionem. huius rei dispensationem ei commisit dicens quod spiritu dei plenus esset. ¶ Ecce iam ter insinuatus est spiritus dei. Genesis primo
primo ibi spiritus domini ferebatur super aquas. Secundo ibi Non Genesis sexto permanebit spiritus meus in homine. Tertio hic. Tulit ergo pharao anulum de manu sua et dedit eum in manu eius et collo torquem auream collo circumposuit. fecitque secundum in regno. Ascendit quoque ioseph currum regis clamante precone ut omnes coram eo genua flecterent sicut coram rege. Hebrei tamen tradunt preconem non clamasse ad genuflexionem. sed abrech quod sonat pater tenerrimus. Abba enim pater. rech delicatus vel tenerrimus. qui et si etate tener. sapientia tamen pater. Et ait rex ad ioseph. Ego sum pharao .i. magnus. et est sensus. Solo regni solio maior te ero. Sic verum est quod dicit. Absque imperio tuo non movebit quisque manum aut pedem in egypto .i. non dicetur. quisquam hinc sine nutu tuo. neque publicum faciet officium. Vocavitque eum lingua egyptiaca. phanec .i. salvatorem mundi. quod pontiphanec dicitur. hebraice tamen sonat absconditorum inventorem. Et dedit ei assenech filiam putifar domini sui virginem. ¶ Hebrei in egypto ioseph de muliere alienigena duxisse. Iob post flagella duxisse dynam filiam iacob et ex ea suscepisse filiam quam putifare nutriit et vocavit assenech.
Triginta annorum erat ioseph quando stetit coram pharaone. Natique sunt ei duo filii priusquam veniret fames et vocavit primogenitum manassen quod est oblivio dicens. oblivisci me fecit deus laborum meorum et domum patris mei. Secundum vocavit effraym .i. fructificatio dicens. Crescere me fecit deus in terra paupertatis mee. De ingressu fratrum in egyptum sine beniamin.

Ioseph collegit granum vii annis quibus transactis venerunt anni inopie et clamavit populus ad pharaonem alimenta petens. Quibus ille rendit. Ite ad ioseph. aperuitque ioseph horrea et vendebat egyptiis. Alie etiam provincie veniebant in egyptum ementes escas pecuniam vero tradebant archariis regis. ¶ ...

¶ Quintam partem .i. una pars erat ad semen. secunda ad victum colonorum. tertia ad sustentationem pauperum. quarta ad stipendia militum. quinta ad reponendum in horreis.

¶ Tulit pharao anulum. historice hoc est .ii. summi dignitatis stola multiplicata vite torques ... oratio qui narrat ... pharao qui per ioseph ... ioseph egressus est ... cum rex constituit super egyptum. xxx annorum ... a morte ... nomen quod est ... ad phariseos ...

Dicens autem iacob quod esset venale in egypto, misit illuc x filios suos
beniamin domi retento. Qui ingressi terram egypti venerunt ad ioseph
nec cognoverunt eum. Cumque adorassent eum et agnovisset eos durius
loquebatur eis dicens: Unde venistis? Qui dixerunt: De terra chanaan ad
emendum escas. Ait ille: Exploratores estis, ut videatis infirmiora terre
ex industria venistis. Et illi: Non est ita domine. Fratres tui omnes filii sumus
unius viri. Minimus cum patre nostro est, alius non est super. Qui ait: Hoc est quod lo-
cutus sum, exploratores estis. Impossibile est enim viro pauperiore filios esse
tales, cum etiam regibus talis filiorum copia difficilis sit. Per salutem
pharaonis non egrediemini hinc donec veniat frater vester minimus. Mit-
tite unum ex vobis qui adducat eum. Timebat enim ne forte in eum ali-
quid deliquissent. Tradidit ergo eos vinctos custodie tribus diebus.
Tercio autem die eduxit eos et retinens symeonem ligatum ergo illis
presentibus alios abire permisit. Qui conquerebantur ad invicem: Merito hec
patimur quia peccavimus in fratrem nostrum. Nescientes quod intelligeret eos io-
seph, quia per interpretem loquebatur eis. Iussit ergo ioseph ministris suis ut implerent
saccos eorum et ponerent pecunias singulorum in saccis suis, datis super
cibariis in via. De reditu eorum ad patrem.

At illi profecti sunt. Venerunt ergo ad patrem suum in terram chanaan dix-
eruntque ei omnia que acciderant eis. Cumque frumenta effunderent singu-
li invenerunt in ore saccorum ligatas pecunias. Territis ergo omnibus dixit
pater: Absque liberis me fecistis. Ioseph non est super. Symeon tenetur
in vinculis. Beniamin auferetis. In me hec mala reciderunt. Et ait ru-
ben patri: Trade eum in manu mea. Duos filios meos interfice si non restituero eum tibi.
At ille: Non descendet filius meus vobiscum. Consumptis cibis
fames eos premebat. Et dixit iacob ad filios: Redite in egyptum
ut ematis pauxillum escarum. Et ait iudas: Si vis puerum mittere
nobiscum, ibimus, alioquin non ibimus. Ego suscipio puerum, de manu mea
require illum. Nisi reduxero eum, ero reus peccati omni tempore. Et ait israel:
Si sic necesse est, facite quod vultis. Sumite de optimis terre nostre in va-
sis vestris modicum resine et mellis, storacis et stactes et therebin-
ti et amigdalarum et ferte viro munera. Pecuniam quoque quam retulistis
reportate et aliam ad emendos cibos. Deus autem faciat vobis virum
placabilem et remittat vobiscum fratrem. Resina dicitur quodlibet genus gum-
mi ut balsamum liquidum vel aridum a resis greco quod est manare.
Vel prima preciosior est therebintina quam forte exponendo subdidit
therebinti. Secunda est lentiscina que venit de ~~[illegible]~~ sciti insula. Tercia pinea.
Forte balsamum sic vocavit. Iosephus etiam in principio minorum unguenta
balsami posuit et resinam tacuit. Storacem quidam dicunt speciem
resine. Moyses dicit in hebreo esse nethota quod sonat generaliter thy-
miama. Et in ysaia: pro domo nethota quidam transtulerunt domus
thymiamatis, quidam domus storacis. De ingressu in egyptum cum beniamin.
Surgentes filii iacob descenderunt in egyptum et steterunt coram ioseph. Genes · xliii ·
Qui precepit dispensatori suo ut introduceret eos et pran-

genesis · xliii^o

communium quia servi cognituri erant. Illi timentes se propter pecuniam introductos
quam secum retulerant, dicebant dispensatori se eandem retulisse et eis
nescientibus in vasculis fuisse repositam. Et ait. Pax vobis. Deus vester de[illegible]
eam vobis pecuniam quam mihi dedistis habeo. Eduxit eos ad Symeonem
munera quoque parabant donec ingrederetur ad eos ioseph meridie. Cum in-
gresso obtulerunt munera. adoraverunt in terra. Et accepto quod pa[illegible]
esset pater. Benedictoque beniamin. id est salutato. commota sunt viscera eius. Et in-
gressus cubiculum flevit. Lotaque facie egressus est continuit se et
ait. Ponite panes. Dedit autem ioseph seorsum ceteris alienigenis
et egyptiis seorsum ut indigenis. et fratribus seorsum ut advenis. Alie-
num enim putant egyptii edere cum hebreis forte propter disparem cultum. Dis-
suitque ioseph fratres secundum ordinem etatis eorum sicut in domo patris ma-
nere consueverant. Datisque partibus mirabantur quod pars beniamin quinque
partibus excederet. Ioseph enim ait beniamin duplicibus partibus honora[illegible]
utrumque autem stare potest. Si quinque fuerunt ciborum appositiones de quolibet
duplum dedit beniamin. Biberunt et inebriati sunt cum eo. id est satiati se-
cundum ydeoma hebreum. Precepitque ioseph dispensatori suo ut impleret sac-
cos eorum et pecuniam reponeret ut prius. et cyphum quoque suum argenteum po-
neret in sacco minoris. Factumque est ita et orto mane dimissi sunt. Tunc
dispensator iubente ioseph insecutus est eos et illis apprehensis ait. Pes-
simam rem fecistis. Cyphum furati estis in quo bibit dominus meus in quo
augurari solet. At illi dixerunt. Apud quemcumque inventum fuerit
[illegible] moriatur et nos servi erimus domini tui. Ille scrutatus est incipi-
ens a maiori usque ad minorem invenit cyphum in sacco beniamin.
Illi autem redierunt ad ioseph. Quibus ait. An ignoratis quod non
sit similis mihi in augurandi scientia. Forte ioco dixit et non est imputandum.
Iudas vero plurimum supplicabat ut ipsum meliorem pro puero servum
retineret quia in suam fidem eum receperat a patre. Quod Ioseph indicavit se fratribus. Genesis [illegible]

Non potuit ultra se continere ioseph et eiectis aliis [illegible]
fortius cum fletu clamavit ita quod qui exierant audierunt [illegible]
sum ioseph nolite timere. Pro salute enim vestra misit me deus ante vos. [illegible]
nium fames iam consistit adhuc quinque anni restant quibus nec arari pote-
rit nec meti quod ex nimia fluminis inundatione creditur accidisse. Et [illegible]
iecerit. Festinate et annunciate patri meo gloriam meam. Adducite eum
ad me et pascam vos et pecora vestra ne moriamini. et habitabitis
in terra gessen. Oculi vestri vident quod os meum loquitur ad vos. id est verum est
quod loquor. Osculatusque est ioseph omnes fratres suos flevitque super sin-
gulos. Auditumque est verbum in aula regis. Gavisusque est pharao et domus
ioseph. Dic fratribus tuis. Tollite plaustra de egypto ad subvectio-
nem coniugum et parvulorum omnia vestra adducite ubi scitum dabo vobis
bona egypti et medullam terre comedetis. Factumque est ita. Dedit
ioseph binas stolas singulis. Stola dicitur a telon quod est longum. id est
talaris. Beniamin vero dedit ccc^{tos} argenteos et quinque stolas optimas
totidemque misit patri. Asinos quoque decem qui subveherent ex omnibus bonis
egypti. et proficiscentibus ait. Ne irascamini in via. Qui cum venissent

ad patrem dixerunt. Joseph filius tuus vivit et dominatur in egypto. Jacob
quasi de gravi sompno evigilans non credebat eis. Cumque vidisset universa
que miserat ait. Sufficit michi si filius meus vivit. quasi de pecunia vel gloria
non multum curo. si vivit vadam et videbo eum. antequam moriar. De desce-
Tunc profectus israel cum omnibus nsu israhel in egyptum. genesis · cv.
que habebat. venit ad puteum iuramenti et mactatis victimis deo.
audivit deum per visionem noctis dicentem sibi. Noli timere descendere in
egyptum. faciamque te in gentem magnam ibi. et inde reducam te. Joseph quoque
ponet manum suam super oculos tuos. Surgens ergo de puteo iuramenti venit
in egyptum cum omni semine suo. Cuncte anime que ingresse sunt cum eo et egresse
de femore eius. non quod anime sint ex traduce. sed a parte totum intelligitur.
fuerunt. lxvi. preter ipsum et joseph cum duobus filiis suis qui erant in
egypto. fuerunt ergo omnes simul. lxx. Tamen lxx interpretes transtulerunt
lxxv. et lucas sic in actibus apostolorum. sed secundum computationem illorum esse
asserit decem. et enumeratos cum eis. v. filios ~~fil~~ joseph. Quia illi duo fratres
erant duas tribus. Lucas quidem scribens actus apostolorum gentibus non
fuit ausus mutare. ubi lxx interpretati. quia eorum auctoritas vigebat
inter gentes. ipse vero adhuc ignotus erat eis. Ipsi etiam lxx in deuteronomio
transtulerunt quod israel egressus est cum animabus lxx. Non in illis numerantur her
et onam et omnes filios inde qui tunc mortui sunt in terra chanaan
· forte in locum defunctorum due ancille iacob numerantur sicut et ille numera-
verunt. Vel more scripture summam numeri posuit quamvis parum desit. Item
non si dyna numeretur lxx sunt preter iacob. Filii eius lye. xxxiii. filii zelphen
xvi. filii rachel. xiiii. computatis cum ioseph et beniamin duobus filiis
ioseph. filii bale. vii. Et non cum ioseph nepotem habeat nisi duos restat
ut beniamin habeat. x. sed in libro non leguntur nisi. ix. forte vicio scriptorum
duo nomina scripta sunt pro uno. Vel magister hugo asbel ternum in aza et
belu divisit. sed non videtur posse stare. quia in numeris cum familie tribuum nu-
merantur victis madyanitis legitur sic. Asbel a quo familia asbeli-
tarum. sed in hebrayca veritate ros et muphim duo nomina sunt que apud
nos viciose iuncta sunt. forte quia iosephus pro asbel posuit asbela
ideo sic divisit. Quod joseph occurrit patri et introduxit eum ad regem.

Premisit autem iacob iudam ad ioseph ut occurreret ei. Qui iuncto
curru occurrit ei in yessen. Alii habent ad urbem heroum in
terra ramesse que tunc gessen post thebais dicta est. a qua thebei
quorum legioni prefuit sanctus mauricius. Alii sunt thebe vel thebiam
postea cum reges fuerunt ex ea dicta est urbs heroum. quia heroes egyp-
ti eius debebant custodiam. In finibus terre illius postea edificaverunt hebrei
cogentibus egyptiis urbem tabernaculorum que dicta est ramasse. post pa-
gus arsenottes quod sonat sine sexu sic dicta. quam sine discretione vel dis-
cussione sexus utriusque cepit in parte egypto. Dixit et ioseph ad omnem
domum patris sui. Ibo et nunciabo pharaoni vos venisse et viros esse pasto-
res. Cumque dixerit quod est opus vestrum dicetis. Pastores sumus nos et
patres nostri. hec dicetis ut habitetis seorsum ab egyptiis in optima
terra yessen. quia detestantur egyptii omnes pastores ovium quia mer-

coedunt eas sz colunt ut hamonem. Ingressus ergo ioseph ad regem ex-
tremos fratrum suorum .i. infimos quinque viros statuit coram rege. Qui
cum se dixissent pastores ovium addiderunt Non est herba in terra Cha-
naan. Petimus ut iubeas nos servos tuos esse in terra Iessen. Nec enim
separari volumus sz etiam facere preter prouidenciam. Hic querit quod egyptus
tempore inopie habundabat in pascuis dicimus quod egyptus contra naturam alia-
rum regionum cum habundat frugibus sterilis est in pascuis et econtrario. Dum
enim eam nilus super terram tempore colendi impedit vel pascua extinguit
cum autem nutrit. Post hoc introduxit ioseph patrem ad regem. benedixit
regi. Inquisitus ergo a rege de diebus annorum suorum ait. Dies peregrinacionis
mee. c. xxx. annorum sunt parvi et mali nec pervenerunt ad dies patrum meorum
Peregrinacionis dixit. quia sancti viri hanc pro incolatu habent. Mali dixit quia
propheta accusator est sui. Parvi autem dixit parvi. declarans subdens. nec perve-
nerunt &c. Dedit ergo ioseph fratribus suis possessionem in optimo solo ter-
re ramessen. Dicit ei iosephus. Concessit eis pharao ut in eliopoleos
urbe consisterent illic enim pascua pastores eius habuerunt sciens enim
esse egyptiis separari a se pastores et nichil quod eorum esset istis dedisse
re ad territorium eliopoleos spectabat terra gessen. De emcione quinte

Invaluit fames in egypto. Cumque defecisset partis instituto.
precium emptoribus sustentavit eos ioseph anno illo pro commutacione pecorum.
Sequenti anno cum utrorumque fame periret. emit omnem terram egypti ioseph pro
alimentis et subiecit eam sacerdotum pharaonis preter terram sacerdotum que
dederunt eis reges. quibus statuta cibaria ex horreis publicis pre-
bebantur et ideo non sunt compulsi vendere possessiones suas. Cum fine ne-
cessitatis ait ioseph ad populos. En vos et pecora et terra vestra in manu
pharaonis sunt. Ecce reddo vobis terram et pecora et semina dabo et co-
lite terram egypti. quintam partem dabitis regi. quatuor reliquas permitto vobis
in sementem et in cibos. Qui dixerunt salus nostra in manu tua est et ego
usque nunc quintam partem solvunt regibus egypti et factum est quasi in legem. De iura-
mento quod fecit ioseph patri.

Habitavit ergo israel in egypto
[H]abitavit ergo israel in egypto
hancti quod est minimus et vixit in ea. xvii. annis. factique sunt dies sui. c. xl. vii.
annorum. Cumque videret diem obitus sui imminere vocavit ioseph et fecit
ponere manum sub femore suo et iuravit quod sepeliret eum in sepulcro
maiorum suorum quod abrahamum dicunt. et respondendo dixit. non ubi mortua
fuit rachel quia excusatus se quod non sepelierat eam ubi volebat sepelire.
Causa fuit sanctis sepeliri in terra in qua sciebat christum resurrecturum
ut cum eo resurgerent. Distat enim abrahamum a calvaria fere ...
Cumque iurasset ioseph conversus israel ad lectuli caput quod erat ad ori-
entem adoravit deum. Quidam codices habent adoravit super caput
eius vel in capite virge sue et utrumque sane patet. Poterat enim senex
virgam ut in hac etate solet ferre et imponens super eam adoravit. vel sceptrum
tenuit quod gerebat ioseph suscepit. donec iurasset. Cumque iurasset incli-
nans super caput eius ~~...~~ virge nodum reddere adoravit.
Non enim credendum est dicentibus quod adoravit sceptrum ioseph. De bene-

Iterum nunciatum est ioseph quod egrotaret pater eius assumptis **effraym et manasse. cx°.**
duobus filiis suis illuc perrexit. Audiens senex venisse filium confortatus est et
sedens in lectulo vidensque cum ioseph duos ait. Qui sunt isti? Caligaverant enim oculi eius et videre
non poterat. Et ait ioseph. Isti sunt filii quos dedit mihi dominus in hoc loco. Et ait
iacob. Isti duo mei erunt sicut ruben et symeon de principibus m. v. consequenter
tribuum fieret. Reliquos quos genueris nomine fratrum suorum vocabuntur in posses-
sionibus suis. Applicuit autem ioseph manassen ad dexteram patris et effraym
ad sinistram adorans et petens ut benediceret eis. Jacob vero in spiritu cancellavit
manus minori dexteram superponens. Quod graviter ferens ioseph ait. Non ita mi pa-
ter pater. Alter enim primogenitus est. Et ille. Scio fili mi scio et iste quidem erit
in populos sed minor maior eo erit et semen eius crescet in gentes. Hoc impletum est in
iheroboam. Qui primus regnavit ~~[illegible]~~ x. tribubus et fuit effrateus. (iii Reg. xii) Et ait
ad effraym. In te benedicetur israel et dicetur in proverbium. Faciat tibi deus sicut effra-
ym et manasse. Et ad ambos ait. Deus patrum vestrorum benedicat pueris istis
et invocetur nomen meum super eos et nomen abraham et ysaac et crescant
in multitudinem super terram. Et ait ad ioseph. Deus reducet vos in terram patrum vestrorum. Do
tibi partem super fratres tuos sicimam vel sichimam quam tuli in gladio et arcu meo
de manu amorrei. Hanc eam emerat c. agnis a rege emor. Sed cum
post necem sichimitarum debuerat auferri filii prevaluit sed eam optinuit. **De**
Convocavit autem filios suos iacob et **benedictione autem tribuum.**
ait illis. Congregamini ut annunciem vobis que ventura sunt in novissimis
diebus. Ad litteram de divisione terre et de statu tribuum futuro prophetavit apertis-
sime vero de utroque xpi adventu. **de ruben.** Ruben primogenitus meus for-
titudo mea id est quem genui in etate robusta principium doloris mei id est solli-
citudinis mee circa filios. Alii hic capitulum in liberis meis. Prior in donis
maior in imperio supple esse debuisti effusus es sicut aqua id est in vilitudine. non cre-
scas quia ascendisti cubiculum patris tui. vel sic distingue effusus es sicut aqua non
crescas quia ascendisti cubiculum patris tui. Ac si diceret. lege primogeniture
honor pre aliis tibi debebatur et duplicatus in possessione sed sufficiat tibi
ut communem partem cum ceteris. Non ergo superexcrescetis sicut aqua ebulliens
superegreditur vel sicut flumen redundans **de symeon et levi.** Symeon et levi
vasa iniquitatis quia in furore suo occiderunt viros id est sichimitas et suffo-
derunt muros in voluntate sua. Hic aperit quod contra voluntatem suam factum sit.
Alii hic subnectunt taurum quod quidam de filio regis qui rapuit dinam
intelligunt quidam de xpo. quidam de tauris ipsius per silentium dedit putant.
In consilio eorum non veniat anima mea. hoc plane de xpo. de symeon enim scribe
de levi principes sacerdotes quorum consilio xpus occisus est. Dividam eos in iacob et dispergam
eos in israel. Ad litteram enim levi sortem non habuit in terra promissionis sed ab
aliis viculos habuit ad alendum pecora. Symeon similiter modicum ac-
cepit et in sorte iude. Sequitur de iuda ubi prophetat de regno futuro in iuda
et plane de xpo. **de iuda.** Iuda te laudabunt fratres tui. hoc factum est quando
aliis hesitantibus primus post moysen intravit mare rubrum id est in posteris
suis. ubi et regnum promeruerunt. Manus tua in cervicibus inimicorum tuorum et
adorabunt te filii id est successores patris tui. Hic notat regem futurum. Ca-
tulus leonis iuda. hic de exitu regum. David enim minimus fratrum electus
est in regem. Ad predam ascendisti fili mi. quia primo david plurimos hostes hu-
miliavit. Requiescens ut leo accubuisti id est in salomone et postea in pace
regnante et maxime timebatur. Quis suscitabit eum. ad prophetiam quod

post solus qui directus est in David vel de directione Salomonis. Potest dici non auferetur
sceptrum, id est rex, de Iuda et dux de femoribus eius donec veniat qui mittendus
est, a patre scilicet Christus. Usque ad transmigrationem Babilonis fuerunt reges de Iuda.
Exinde duces usque ad Hircanum et iterum fuerunt reges. Eis tunc pene
defecerunt utrique et regnavit Herodes alienigena. Et ipse erit expectatio
gentium, salus scilicet expectata non solum scilicet Iudeis sed etiam gentibus. Deinde
convertit sermonem ad filium Iude, scilicet de illo Christo mittendo sic. O fili mi, ille
erit ligans pullum ad vineam et ad vitem asinam suam, id est populum gentilem, et in
cum populum sibi qui vitis est associabit. Lavabit in vino stolam suam et in san-
guine uve pallium suum, id est carnem suam in sanguine passionis crucis.
pulchriores sunt oculi eius vino, id est apostoli, et dentes illius, id est predicatores, la-
cte candidiores. Hebreus etiam de Iuda tradidit sic. Non auferetur sce-
ptrum ~~de Iuda~~ id est quod Iudam diximus, quia scilicet primus intravit mare rubrum, primus ob-
tulit sancto tabernaculo et hinc tamen donec veniat qui mittendus est. Alii
Hebrei dicunt donec veniat Sylo, id est usque ad Saulem qui unctus est in Sylo.
Post tamen redit ad Iudam quia eripuit Ioseph a manibus fratrum suorum. Et ipse erit
expectatio gentium, id est tribuum. Unde dicunt: Iudas ascendat pro nobis.
populum ligans ad vineam pullum et ad vitem asinam suam, id est tanta erit
vini copia quod in una vite onerabitur asinus. Et ob hoc etiam rubicundio-
res oculos, quia sic apparet in oculis bibentium, id est candore dentium co-
piam etiam lactis notat quia lac comestum apparet in dentibus. De Zabulon. Zabu-
lon habitabit in litore maris et in statione navium pertingens usque
ad Sydonem. Ad litteram tribus hec maritima possedit. De Ysachar. Ysachar
asinus fortis vel osseus, id est vir agricola accubans inter terminos, quia
diu tantum possedit et maritima et montes et vidit requiem quod esset bona,
id est terram fecundam. Unde sequitur et terram quod optima et supposuit humerum
ad portandum quia in vehendis mercibus ad mare laborabat que in finibus eius
habundabant. Factus est tributis serviens, id est nautis ferentibus eam.
Hoc Hebrei metaphorice exponunt dicentes quod nocte et die studio legis
laboraverunt et ideo omnes tribus ei fuerunt quasi in tributo dona ferentes.
Dan iudicabit populum suum sicut et alia tribus Israel. Fiat Dan coluber
in via, cerastes in semita, mordens ungulas equi ut cadat ascen-
sor eius retrorsum. Hoc in Sampsone impletum est quasi dicat. Licet Dan sit
minima tribuum, tamen de ea surget ~~dux Israel~~ iudex in Israel, sicut et de aliis,
qui ad modum colubri viam obsidebit ne liceat hostibus ingredi
et Iudeos depopulando ut primus et singularis Philistiim percussit,
sed tamen quamvis iudex sit non tamen erit Christus. Unde subdit. Tunc post istum ex-
pectabo salutare tuum domine. Exponitur et hoc de Antichristo quem venturum
de Dan asserunt quia contra sectam Moysi pestiferis predicationibus et terri-
bilibus armabitur. Multos etiam qui ascenderunt ad culmen virtutis
deiciet retro et tunc salvator veniet ad iudicium expectatus. Alii
referunt hoc ad Iudam qui erit in carne Christi et ascensione eius, id est ante
mortem predicationis deiciet in morte tamen salvator expectatus. Refert
sed Iudas creditur fuisse de Ysachar. De Gad. Gad accinctus vel la-
trunculus preliabitur ante eum et ipse accingetur retrorsum. Gad cum Ru-
ben et dimidia tribu Manasse relictis uxoribus et liberis ultra

iordane i finibus suis armati precedebat israel i terram promissionis · sed post
xiiii annos primus reuertens plurimum vicinarum gentium aduersus suos ex
pugnauit inuenit et fortiter dimicantibus hostes fregit de asser · Asser
pinguis panis eius et prebebit delicias regibus · fertilis enim fuit huius posses
sio et deliciis affluens de neptalim Neptalim ceruus emissus et dans
eloquia pulchritudinis · pro velocitatem ceruus significat velocitatis terre
ubertatis que pre aliis precotos i maturiores fructus parit · Alii
dicunt irriguus quia super lacum genesareth iordanis irrigatur vel
ubi sunt aque calide · Commendacionem vero eloquiorum ad montem thabor qui
i finibus eius est referunt quia cum ipse iesus ibi fuerit vel quia de primis eius fru
gibus offerebantur i pascha · Unde fiebat laus domini que est eloquium pulchritu
dinis · Ad xpistum tamen et apostolos verius referunt quia ibi maxime
docuit de ioseph Filius accrescens ioseph · scilicet virtute et dignitate · i
pre omnibus fratribus i tribubus filie discurrerunt per murum · Hic nota
quod ioseph transeunte per egyptum mulieres ascendebant muros ut vide
rent eius pulchritudinem · Exasperauerunt eum et iurgati sunt inuiderunt
que illi habentes iacula · hoc de fratribus eius vel de viris egyptiis qui iacu
lis inuidie contra eum armati sunt · Sedit i forti arcus eius · i i domino et
dissoluta sunt vincula brachiorum et manuum illius per manus potentis ia
cob · i · deus qui est potencia iacob soluit vincula quibus ligauerant eum fratres
Inde pastor egressus est · i · de iacob lapis israel quia de eo ioroboam qui
fortiter rexit israel · i · decem tribus · vel tocius familie patris pastor i egyp
to · Hebreus habet · inde pastorem habuimus lapidem i israel · Post commen
dacionem eius benedixit ei sic · Deus patris tui erit adiutor tuus omnipo
tens benedicet tibi · benediccionibus celi desuper · benediccionibus abyssi deorsum ben
diccionibus uberum et vulue ordo conuersus est · pro conceptione et nutricione
ponitur · Optat ei rorem celi · fertilitatem terre · ubertatem lactis fecundi
tatem pecorum · benedicciones patris tui conforte sunt · benediccionibus prim
eius donec veniret desiderium collium eternorum · Hic ad literam nichil est ex
positum · sic forte potest intelligi · legitur numerum · xxi · Inclinati sunt scopuli
arnon · vel gesserunt seorsum scoparion · et i psalmo · Montes exultaue
runt ut arietes et colles sicut agni ouium · hoc dicit desiderium col
lium eternorum · hec tria ad idem spectant · Alibi dicitur colles tetragoni eternum
Dicimus ergo iuxta arnon fuisse asperrimos montes et saxosos et ideo
dei sunt eterni et quattuor habebant cacumina · i · cacumina et in tetra
goni dei sunt · quorum aliquis pars inclinata est contra israel ut facile transiret et qui
applausit eorum admeterum · et forte dimidia tribus manasse cum montes
illos sortem habuit · et est sensus · Hic benedicetur ioseph donec per colles
exultantes intret terram promissam · et vel quia donec inclusum est · Forte
aptantur de monte effraym et monte samarie in quibus regnauit
israel · Vel de montibus medorum et persarum vel quos exultat adhuc effra
ym · et manasses et leticia est terra de exilio hostium et tunc donec
exclusum est · tunc nata est gloria israel · Ex hebreo habetur sic sensus
donec migrarent colles eterni celo et est sensus · benedictus sit ioseph usque
more loquendi · sic ei solet dici donec celum et terra coeant et hec

omnes benedictiones fiant in capite ioseph et in vertice nazarei · i· sancti inter fratres
suos. De beniamin. Beniamin lupus rapax · mane comedet predam et vespere dividet spolia · Quidam retulerunt hoc ad ierusalem que fuit in sorte beniamin · quod dicit lupus rapax quia sanguinem prophetarum fudit et christi · et mane egressionis de egypto predam · i · legem quam extorruit a deo accepit et ad hanc concedit · sed in vespera mundi dividet spiritum · vivificantem a litera occidente.
Hebrei ad altare quod est in ierusalem referunt · quod dicit lupus rapax propter voracitatem in quo mane ponebant sacerdotes victimas ad adolendum vespere inter se ipsi dividebant partes suas que de sacrificiis eorum eos contingebant · sed verius de paulo intelligitur qui fuit de beniamin qui primo fidelium persecutor, post fidelis · eloquia dei et gratias ecclesie dispensavit vel quia illa tribus multum fuit bellicosa · Benedixit quoque singulis propriis benedictionibus non quia singulis bona dixit sed quia bene et prophetice dixit vel quia ex maiori parte benedixit eis · Hec locutus iacob collegit pedes suos super lectulum et obiit · appositusque est ad populum suum · i · ad angelos certa spe tandem requiei ·

De morte iacob et translacione eius in ebron·

Notandum quidem quod appositus est ad abraham et ysaac · sed tamen post multos dies. Ioseph vero precepit medicis ut condirent eum aromatibus et custodirent eum egyptii · xl diebus · mos enim erat egyptiorum in condita corpora servare · xl · diebus et in singulis diebus [illegible] ut scirent utrum anima egressa plangere et fovere ea [illegible] an sopita foret · condita vero · xl diebus servabat · Hebreis mos erat in condita servare · vii · diebus · condita diebus xxx et ita sub aliorum custodia transierunt dierum · lxx · Fideles modo quia mortuos suos vita et unguentis conditos habent · xxx diebus celebrant · quidam · i · specialem missam sub uno tot dierum pro eis celebrant · quidam tricesimum diem celebrant maxime · pro spiritu animali · i · fumo ex sanguinis digestione ascendente ad cerebrum capitis · anima et corpore · Alii septem quia transierunt tantum ad septimam quietem vel pro septenario anime et corporis · Rogaverunt autem ioseph pharaonem per intercessores quia mandat patri de sepulchro et accepta licencia a pharaone comitantibus fratribus suis et multis senioribus egypti detulit patrem ad sepeliendum in ebron · sed timentes bella [illegible] manserunt ab itinere recto · Venerunt quoque ad aream atad ubi [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] et planxerunt [illegible] diebus · vii · et ob hoc indigene dixerunt locum illum planctum egypti [illegible] recedentes ad viam transito iordane sepelierunt eum in spelunca duplici. Reversus est ioseph in egyptum cum fratribus suis et universo comitatu.

De morte ioseph

Timentes vero fratres eius ne mortuo patre fieret memor illorum iniuriarum dixerunt ei · Pater tuus ad hunc vivens mandavit nobis ut hec verba tibi diceremus · Obsecro ut obliviscaris sceleris fratrum tuorum · nos quoque oramus ut patri tuo dimittas iniquitatem hanc et adiunxerunt [illegible] · Flevitque ioseph et ait · Nolite timere et consolatus est eos · Vixit autem centum · x · annos et vidit filios effraym usque in terciam generacionem · etiam [illegible] filio manasse · nati sunt filii in genibus ioseph · Dixitque fratribus suis · Deus adhuc visitabit vos et educet ad terram quam iuravit patribus meis · asportate ossa mea vobiscum · Cumque adiurasset eos super hoc

mortuus est et conditus aromatibus repositus est in loculo ameno iuxta nilum
in egypto nec postea motus donec egressi filii israel de egypto sunt
Alii fratres eius iuxta iosephum quisque in obitu suo deferebatur et sepeliebatur
in ebron. post translati sunt in sychem. Incipit historia exodi. exodi · 12 ·

Historia exodi non alia quidem est a predicta. sed eadem continuata et
propter fastidium tollendum. In quinque portiones districta est quarum
quelibet proprium libri sortita est vocabulum. Etiam hec quinque distincte
sunt ab hebreis per . liiii. thomos quorum xii. precesserunt in genesi. Hec
autem secunda portio grece dicitur exodus. latine exitus. Odos enim iter vel via
dicitur. agitur enim de exitu israel de egypto. Hebraice dicitur helesmoth a principio
libri. Et sonat hec sunt nomina. sicut nos a principiis suis psalmos nominamus.
Surrexit igitur rex novus De servitute filiorum israel.
in egypto longo tempore post mortem ioseph. Ab illo enim sub quo fuit io
seph. qui proprio nomine nemphres dictus est octavus regnavit ammo
nophis sub quo natus est moyses. Regno autem translato ad aliam domum
rex ille ob quod neophitus novus ignoravit beneficia ioseph quibus cumu
lavit egyptum et odiebat israel. maxime ut ait iosephus quia inviderunt eis e
gyptii propter virtute ingenium et laboris industriam et affluentiam opum et
sobolis nobilitatem. Et ait rex ad populum suum. populus israel fere fortior est
nobis. Sapienter opprimamus eum ne multiplicetur vel ne contra nos insurgat
vel addatur hostibus nostris et egrediatur liber. Imposuit ergo eis principes
angarias operum quibus fracti non vacarent amplexibus et magistros operum
prefecit eis egyptios ut durius eos affligerent. Coperunt ergo lateres
ex quibus edificaverunt civitates tabernaculorum phyton et ramassen
Civitates quidem erant prius. sed non erant tabernaculorum. Erant quidem in finibus
egypti. et ideo muniavit eas pharao ut ibi poneret armatos qui in
tabernaculis sub excubantes ne posset quis ingredi vel egredi sine signis
nuntii vel tabernaculorum .i. papilionum prius et ope illorum dirimit eas
vel positionum ubi se fiscus reponeret. Aliud etiam opus non tam grave
quam servile imposuit eis ut lutum platearum et sordes vicorum cophinis
exportarent. de quo legitur etiam in psalmo. manus eius in cophino servierunt.
Tertium etiam addidit opus sicut iosephus ut flumen per multas derivatio
nes dividerent et circumdarent civitates fossatis ne flumen eas
inundare valeret. cccc annos in hiis miseriis expenderunt .i. comple
verunt. Quanto magis autem opprimebatur tanto plus deo auctore
multiplicabatur. De dolo obstetricum.

Quod videns pharao alium excogitavit dolum et precepit obstetricibus
hebreorum sephore et phue. que preerant multitudini obstetricum
ut masculos in obstetricando interficerent et abortivum fecisse mentirentur.
feminas autem reservarent tamen. tum quia fragilis sexus nocere
non poterat et libidini egyptiorum deserviret. tum quia quidam sacerdotum sollicite
regi predixerat eo tempore masculum nasciturum in israel qui regnum egypti humi
liaret et virtute excederet universos. Timuerunt vero obstetrices deum
sed servaverunt mares. Cumque enim a rege redarguerentur mentite
sunt dicentes. Hebree obstetricandi scientiam habent et prius quam veniamus
ad eas pariunt. Et quia timuerunt deum edificavit illis domos

Angarias .i. servitutes sine precio presertim non in expensis. Quas autem quis debet in persona
et expensa propria parangariae dicuntur.

· i · locupletavit eas cum essent pauperes · vel fecit domus eas cum essent steri-
les · Augustinus dicit obstetrices venialiter peccasse · Gregorius vero
velle quod mortaliter · Dicit enim quod merces benignitatis earum que potuit
in eterna vita retribui · sed pro culpa mendacii in terrena conpensacione
declinata est · De submersione parvulorum ·

Videns ergo pharao dolos sibi non processisse · aperte eos aggressus est
precipiens ut quicquid masculini sexus nasceretur in israel in flumen
proiceretur et multi eo tempore submersi perierunt · pro quo peccato creditur deus de-
didisse egyptiorum in hunc errorem ut apim pro deo colerent · Erat autem
apis ut ait plinius qui et testatur se eum vidisse quidam taurus qui certo
tempore egrediebatur de flumine habens in humero dextro signum can-
didum instar lune corniculate ad quem cum statim effluerent egyp-
tii cum omni musicorum genere psallentes levabatur in aere et super ca-
pita saliens ferebatur et ad motum vel stacionem ipsius ipsi in terram
movebantur vel stabant et eadem die evanescebat · Dicunt tamen quidam
quod in festo serapis animatum erigebatur · unde et ipsum serapim · i · serpen-
tem consecratum autumant vocatum · Alii tamen per decennium semel dicunt
apparere · Alii tamen tempore iusti sacerdotis eliopoleos · iniusti non ut
divinitus iusticia ~~iusta~~ indicaretur sacerdotum · De ortu et educatione moysi

Egressus post hoc vir de genere levi levita nomine amram vel
amramus qui accepit uxorem contribulem iocabeth quam nole-
bat accedere ad uxorem post edictum mallens carere liberis quam in necem
generare · Cui deus astitit per somnium ut ait iosephus ~~dicens~~ dicens
ne timeret uxorem cognoscere quia puer quem timebant egyptii ex eo
nasciturus erat · Etiam de sacerdocio aaron ei significavit · Eadem concepit
mulier et peperit filium sub silencio eo quod non multum ei dolores partus
institerint · Videns autem puerum elegantem · abscondit eum tribus mensibus
Cumque celare non posset sumpsit fiscellam scirpeam in modum fisci · i · sacci
rotundam vimine ~~contextam~~ complexam · et linivit eam bitumine ac
pice et ponens intus infantulum in carecto ripe eum exposuit ne ca-
peretur fluvio rapiente · stante procul sorore parvuli maria rei exitum ex-
pectante ex precepto matris · Et ecce descendit termuth filia phara-
onis ut lavaretur in flumine que videns alveolum et sibi afferri
iubens vidit parvulum vagientem et misertus est eius dicens · De infan-
tibus hebreorum est hic · Hic enim deus venustaverat ut eciam ab hostibus
dignus alimento haberetur · Et cum plures egyptie admonuissent
ubera ad lactandum faciem avertebat · Et ait maria · vis vadam ut ad-
ducam hebream si forte ubera gentis sue sequatur · Ex precepto ergo
termuth abiit invenit matrem parvuli tamquam alienam adduxit et accessit
ad ubera eius puer · Suscepit ergo puerum a termuth alendum
et ablactatum reddidit filie pharaonis que adoptavit eum in filium et
dedit ei nomen moyses · Egyptiace enim moys aqua · ises salvatus dicitur · Cum-
que quadam die termuth obtulisset pharaoni ut et ipse adoptaret
eum in filium admirans rex pueri venustatem · coronam quam manu for-
te gestabat capiti illius imposuit · Erat autem in ea hamonis ymago
fabricata · Puer autem coronam proiecit in terram et ~~...~~ fregit · Sac-

aiunt Heliopoleos a latere regis surgens exclamavit. Hic est puer quem nobis deus occidendum monstravit ut de cetero timore careamus et voluit irruere in eum sed auxilio regis liberatus est et persuasione cuiusdam sapientis qui pro ignorantia hoc esse factum a puero asseruit in cuius rei argumentum cum prunas allatas puero obtulisset puer eas ori suo apposuit et sic lingue summitatem igne corrupit. Unde hebrei eum impeditioris lingue fuisse putant. Tante enim pulchritudinis fuit ut ait Iosephus ut nullus adeo severus esset qui eius aspectui non hereret. Multi etiam dum cernerent eum per plateas ferri occupationes in quibus homines studebant desererent.

De uxore Moysi ethiopissa.

Factum est autem cum adultus esset Moyses ethiopes vastaverunt egyptum usque ad Memphim et mare. Quod cum consuli ad divinationem egyptii responsum acceperunt ut uterentur auxiliatore hebreo. Et vix obtinuerunt a Termuth ut exercitum quem pavebant Moysen preficere ducere prius prestitis sacramentis ne ei nocerent. Erat autem Moyses vir bellicosissimus et peritissimus qui flumine iter tutius longius premittens per terram duxit exercitum itinere breviori ut improvisos ethiopes preveniret. Sed per loca plena serpentibus iter faciens tulit in archis papireis simul plures ybides ciconias scilicet egyptias naturaliter serpentibus infestas que rostro per posteriora immisso alvum purgant. Castrametaturus prebebat eas ut serpentes fugarent et devorarent et ita tutus per noctem cum silvestri exercitu prevenit ethiopes et oppugnatos inclusit eos fugientes in Saba civitate regia quam post Cambises a nomine sororis sue Meroen denominavit quam cum per decennium oppugnabilis esset diutius obsedisset oculos iniecit in eum Tharbis filia regis ethiopum et ex condicto tradidit ei civitatem si duceret eam uxorem et ita factum est. Inde et Maria et Aaron murmurant adversus Moysen pro uxore sua ethiopissa. Dum autem redire vellet non acquiescente uxore ymmo Moyses tamquam astrorum peritus duas ymagines sculpsit in gemmis huius efficacie ut altera oblivionem altera memoriam conferret. Cumque paribus anulis eas inseruisset alterum scilicet oblivionis anulum uxori prebuit alterum ipse tulit ut sicut pari amore sic paribus anulis insignirentur. Cepit ergo mulier amoris viri oblivisci et tandem libere in egyptum regressus est.

De fuga Moysi et affinitate Ietro.

In diebus illis egressus ad fratres suos in terram Gessen vidit afflictionem eorum et prefectum operis egyptium percutientem quendam de hebreis et percussum egyptium secreto abscondit eum in sabulo. Egressus die altero vidit duos hebreos rixantes et dixit arguens eum qui fecit iniuriam. Respondit. Quis te constituit super nos iudicem. Numquid occidere me vis sicut heri occidisti egyptium. Timuit ergo Moyses quomodo palam factum esset verbum hoc et timuit. Postea cum audisset pharao venit et querebat eum occidere. Qui fugiens per desertum in terram Madian et venit ad civitatem Madyan cum mare rubrum sic nominatam a quodam filio Abrahe de Cethura sedit iuxta puteum. Erant

aut sacerdoti .i. primati quia antiquitus sacerdotes dicebantur madian. Vii filie
qui dicebatur raguel agnominatus ietro cognominatus cyneus que
venerant ut haurirent aquam gregibus suis. Officium enim gregum a-
lendorum tunc erat etiam mulierum mane in regione trogoditarum.
Supervenientes vero pastores repulerunt eas quas prohibuit moy-
ses ab iniuria virginum et adaquavit greges earum quia maturius
solito redeuntes cognoverunt patrem ne beneficium peregrini retribucione
careret. Vocatus quoque moyses iuravit quod habitaret cum illo et accepit
uxorem filiam eius que peperit ei gersam quod sonat advena eo quod in exilio
genuit eum. peperit quoque alterum quem dixit eliezer .i. deus meus adiutor.
Dedit quoque ei socer omnem curam gregum suorum in quibus omnis antiquis bar-
baris erat possessio. **De visione rubi. Exodi. 3o.**

Tandem mortuus est rex egypti et clamaverunt filii israel ad
dominum et recordatus est federis quod pepigerat patribus eorum. Moyses autem
pascebat greges soceri sui in deserto. Cumque minasset gregem ad inter-
iora deserti. venit ad montem dei syna. qui et in quadam parte sui dicitur
Oreb ab oreb deserto ibi. et apparuit ei dominus in flamma ignis in
medio rubi. Ignis autem viriditatem rubi depascebat innoxius
quia nec folia nec ligna comburebantur. Erat autem mons ad pasturas
egregius et herbis habundans quia pastores illuc ascendere non presu-
mebant tum quia excelsus erat. tum quia opinio erat deum habitare ibi.
Et ait moyses Vadam et videbo visionem hanc magnam. et vocavit
eum dominus de rubo et ait. Moyses moyses. Qui respondit. Assum. Et dominus
tolle calciamenta tua locus enim in quo stas terra sancta est. Et ait Ego
sum deus abraham deus ysaac et deus iacob. Vidi afflictionem populi mei
in egypto et descendi ut liberem eum et educam eum in terram fluentem
lacte et melle. ad loca chananei. ethei. amorrei. pherezei e-
vei iebusei. Nomen gentis septime tacuit .s. gergesei. et sic
ubique tacetur nisi in deuteronomio vii°. Sed veni mittam te ad pharao-
nem ut educas populum meum de egypto. Et dixit moyses. Quis ego
sum ut eam ad pharaonem. Et dominus. Ego ero tecum. Et habebis hoc signum
quod miserim te. Cum eduxeris populum meum de egypto immolabis
in sinay monte isto. quasi tunc videbis quod ego sum tecum et eduxi te. He-
brei tamen hic terminant versum quod miserim te. Et ait moyses. Si dixe-
rint filii israel quis est qui misit te quod est nomen eius. Cui dominus Ego
sum qui sum. quasi vocor. qui sum. Et dices eis. Qui est misit me ad
vos. dices etiam. Deus abraham. deus ysaac. deus iacob misit me ad
vos. hoc nomen michi est in eternum. quia hii testes vivunt in eternum. Iosephus
dicit. Dixit ei sacram appellationem quam prius homines non audierant
nec michi fas est dicere. Vade congrega seniores israel et dices eis
apparuit tibi et misit te ad liberandum eum. et ingredieris tecum ad
fratres tuos ad regem egypti. et dices ad eum. Deus hebreorum voca-
vit nos. Ibimus viam trium ~~dierum~~ dierum in solitudinem ut immolemus
deo nostro. Scio tamen quia non dimittet vos nisi per manum validam. Ex-
tendam percutiam egyptum in mirabilibus meis nec exibitis vacui. sed
postulabitis ab egyptiis et commallaneis .i. vicinis vasa pre-

Gergesei tacetur in pluribus locis quia sponte cesserunt filiis israel nec pugnaverunt contra eos.
Qui sum. Sum non hic essentiam per se et principaliter appropriare cum accipitur pro filio in personis ego intellectum quod notat personam et nunc legitur.

sa et vestes et spoliabitis egyptum. Dicunt hebrei postulasse eos ut
dono darent. Hebreus est quasi mutuo. Compensantur autem per pre-
ceptum domini. **De signis datis moysi. Exodi .iiii.**

Et ait moyses non credent mihi. Cui dominus. Quid est quod tenes
in manu. Respondit virgam. Et ait proice eam in terram. Et proiecit et versa est in
colubrum et expavit moyses ita ut fugeret. Dixitque ei dominus. Apprehende
de caudam eius. et cum tenuisset versa est in virgam. In hebreo
colubri serpens genus est. Et ait hoc signum facies ut credant
tibi. Gradietur. Mitte manum tuam in sinum tuum et misit
et facta est leprosa albida instar nivis. Rursum ait. Retrahe
manum in sinum. Retraxit et protulit et facta est similis carni
reliquie. Et iterum. Si nec his duobus signis credent sume aquam fluminis
et funde super aridam terram et vertetur in sanguinem. Et ait moyses. Obsecro
domine mitte alium. Nam impeditioris lingue factus sum. Postquam locutus es ad servum
tuum nec etiam eloquens sum ab heri et nudius tertius. Et ait dominus. Quis fecit
os? Quis fecit surdum aut mutum videntem aut cecum. Nonne ego. Age ergo
et docebo te. Et ero tecum. At ille. Obsecro quem missurus es mitte. Et
dominus ipse turbatus ait. Aaron frater tuus eloquens est et ipse egredietur in occur-
sum tuum gaudens. Pone verba mea in ore eius et ostendam vobis quid agere
debeatis. Virgam sume in qua facturus es signa. Venit ergo moyses ad
ietro et ait. Revertar ad fratres meos in egyptum ut videam si vivant. Cui
ietro. Vade in pace. Cui tamen ad hunc moram facienti iterum dixit dominus. Va-
de in egyptum quia mortui sunt qui querebant animam tuam pharao scilicet et compli-
ces eius. Quod plane et singulariter ponitur quia solus pharao querebat. **De reditu moy-**

Tulit ergo moyses et liberos **si in egyptum et dimissione uxoris**
imponens eos super asinum profectus est. Cumque esset in diversorio in itinere ut cre-
deret occurrit ei dominus id est angelus evaginato gladio et volebat
eum occidere. scilicet quia uxorem et filios contra voluntatem domini ducebat esset
ei impedimento. Vel quia puerum ducebat quem incircumcisum esse. scilicet volebat
eum occidere. Alterum forte iam circumciderat moyses. Sed et credendum est hunc quem
dicunt alterum remansisse cum ietro cum supra ait liberos. Tulit ilico se-
phora petram acutissimam et circumcidit preputium filii sui. Tetigitque
eidem sanguine pueri pedes eius. et ait. Sponsus sanguinum tu mihi es
et dimisit eum postquam dixerat hec. Ut ait angelus. Locus iste breviter
obscurus est. Ubi ergo ait. Tetigitque pedes eius intelligendum est sanguine
tetigit pedes pueri vel angeli. Unde maria ait viro. Ecce me in vir-
ginem sanguinum id est an ex coniugio tuo tam sceleris teneor agere ut fundam
sanguinem filii mei. Et recessit ipsa ab eo scilicet moyse. Vel angelus. He-
breus ita. Tetigit pedes eius id est sephora moysi indignans et preputium
proiecit ad pedes moysi et ait. Gener sanguinum tu mihi es id est tu generi
mei (?) ... es ut cedes mihi id est culpa mea in filio ad sanguinem
id est ad mortem. Vel sanguinis mei effusio est ad placandum angelum qui te morte
minabatur. et dimisit angelus moysen quod in hebreo patet. Tum hebreus
... Placavit eum angelus quem prius scilicet usque ad mortem arctabat. Hinc
vel a iosue in galgalis ... cultellis habuisse principium
... tamen ubi nos habemus petram hebreus habet aciem

Virga est pertica qua pastores cogunt ad pascua eos (?) ... id est pertica

(acie)
et dicit acutissimam novaculam vim et iudei novaculis circumciduntur. Fa-
bulantur tamen quidam hebrei usque ad david circumcisionem factam petra. sed que
in deiciendo goliam ferrum lorice et galee cessit lapidi iacto. quasi de-
dit ei locum. deinde lapis cessit ferro in circumcisione. **De primo ingressu ad pharaonem**

Exodi. 4.o Abiit itaque moyses solus tenens virgam in manu. Interimque
aaron domino iubente descendit sinai et occurrit moysi in monte dei.
Exposuitque ei moyses verba domini et signa que mandaverat. Veneruntque simul
et congregaverunt filios israel. Locutusque est eis aaron omnia verba domini.
Fecitque moyses signa coram eis et crediderunt. Post hec cum senioribus
israel ingressi sunt ad pharaonem et dixerunt ad eum. Hec dicit dominus deus
israel. Dimitte populum meum ut sacrificet mihi in deserto. Et ille. Nescio
dominum. et israel non dimittam. Et illi. Ibimus viam trium dierum in solitudinem
ut sacrificemus deo nostro. In quo verbo israel nec contrarium non duplex
intelligendum est. Eo enim forsitan ordine populus educeretur si pharao populum
dimisisset. Tunc moyses commemoravit ei quanta fecerit egyptiis op-
pressis ab ethyopibus et labores et pericula que tulerat pro eis et quia
huius condignam non acceperat retributionem. propterque quod sibi coniugem in
synai exposuit. Quem rex deridens sicut suum fugitivum vocavit et
pro seditione eum redisse dixit. Tunc rex ait servis suis. Multus
est populus quoniam magnus si dederitis eis requiem ab operibus. Et precepit ne
ultra darentur eis palee ad conficiendos lateres. que commiscere
luto miscebantur ut solidiores essent lateres. Vel potius eis lateres
coquebantur pro penuria lignorum in egypto. **De afflictione filiorum israhel**

Opprimebantur ergo hebrei operibus. nocte colligentes
paleas et die lateres coquendo et eundem numerum laterum exigebant
ab eis quem et prius. Flagellatique sunt magistri de filiis israel quos prefecerant
bus suis operantibus a prefectis pharaonis. Magistri enim operum hebrei e-
prefecti vero nigris egyptii. Veneruntque prepositi filiorum israel ad pharao-
nem dixeruntque ei. Cur ita agis contra servos tuos. Qui ait. Vaca-
tis ocio et ideo dicitis. eamus et sacrificemus domino. Ite ergo operamini palee
non dabuntur vobis. Cumque egrederentur moyses et aaron eis oc-
currerunt. et dixerunt ad eos. Videat dominus iniuriam vestram in nos et iu-
dicet. quia fetere fecistis nos. id est abhominabiles reddidistis coram pha-
raone. Et ait ad dominum ~~Cur misisti~~ moyses. Cur misisti me ut affli-
geres populum istum. Cui dominus. In manu robusta eiciam eos et adiecit.
Exodi. 6.o Ego sum qui apparui abraham ysaac et iacob in deo omnipotenti. id est
sum deus omnipotens. et nomen meum adonay. non indicavi eis. id est fortitudinem
et potentiam ad quas pertinet hoc nomen. sed pietatem et sapientiam ad
quas pertinet hely et eloym vel non indicavi sicut tibi. Apparuit enim
dominus abrahe. sed moysi locutus est facie ad faciem. Et infra. Inducam vos
in terram super quam levavi manum meam. id est iuravi quod darem eam patribus vestris.
Ego dominus. quia ita verum est hoc sicut ego sum dominus et est iuramenti species.
Narravitque moyses hec omnia filiis israel nec acquieverunt propter an-
gustias spiritus. Commemorat autem hic historia principes ~~domorum~~
~~per familias suas~~ domorum per familias suas. sed de tribubus trium. scilicet ruben.
symeon. levi. nobis autem de solo levi dicere sufficiat. Filii levi fue-

gerson caath et merari ex quibus tres familie leuitice diriuate sunt
gersonite caathite et merarite. Filii caath amram et ysaar
et hebron et oziel. Filii ysaar chore. Filii amram de iocabeth aaron moyses et ma
ria. Accepit autem aaron uxorem elizabeth filiam aminadab sororem naason que peperit ei nadab et abiud eleazar et itha
mar. Eleazar accepit uxorem de filiabus phutiel que peperit ei phi
nees. Iste est moyses et aaron quibus locutus est dominus in egypto. Hoc
addidit esdras ut quidam dicunt vel moyses de se nisi de alio loqueretur.
Dixitque dominus ad moysen De mutacione virge in colubrem exodi · 7º.
Loquere ad pharaonem omnia que loquor tibi nec timeas eum. Ecce constitui
te deum pharaonis · id est potentem in ipso et in terra eius facere signa ad modum dei
Aaron erit propheta tuus · id est prolocutor tuus. Moyses vero erat octoginta vel aaron
propheta. Ingressique moyses et aaron ad pharaonem. Moyses · lxxx erat
annorum et aaron lxxxiii. quando locuti sunt ad pharaonem. Tulit autem
aaron virgam moysi et iecit in terram coram pharaone et versa est in colubrum
Vocauit autem pharao maleficos ~~et~~ et fecerunt similiter per incantationes et
proiecerunt singuli virgas suas que verse sunt in dracones · sed virga aaron deuorauit virgas
eorum. Et sciendum quod magi oculos spectantium deludebant vel ~~per illusionem~~
demones discurrentes per mundum et subito semina rerum de quibus hec
agitur afferunt. Induratum est cor pharaonis nec audiuit eos de plagis
Et ait dominus ad moysen egypti et aqua versa in sanguinem
Egredere in occursum pharaonis cum egredietur ad aquas et dices
In hoc scies quod dominus sim · percutiam virga aquam fluminis et vertetur in sanguinem
et pisces morientur et affligentur egypcii. Et factum est ita. Et percus
sit aaron aquam fluminis et versa est in sanguinem et fuit sanguis in omni
terra in fluminibus et riuis et paludibus. Forte non in omnibus sed in hiis que
manabant de nilo. et in vasis domorum tam ligneis quam saxeis. Fode
runt per puteos egypcii per circuitum fluminis et inuenerunt sanguinem
Et fecerunt magi similiter · iamnes et mambres et dicunt quod allata
est aqua de terra gessen quam non percussit dominus plagis propter filios israel
qui habitabant in ea. Tamen iosephus dicit quod hebreis erat flu
uius potabilis licet esset mutatus. Egypcius vero non solum colore
sed sapore amaro cruorem prebebat. Unde potest videri quod alibi quam in nilo
aqua fuit in egypto. et hec fuit prima plaga ~~quam dominus~~ qua percussit
dominus egyptum · vii · diebus · de qua dicit iosephus quod pharao timens pro ea
et hesitans hebreos abire promisit. Cumque malum fuisset relevatum
sententiam permutauit de ranis exodi · 8.
Dixit locutus est dominus ad moysen · Ingredere ad pharaonem et si nolueris
dimittere populum. dic aaron ut extendat manum ~~suam~~ super flumina ri
uos et paludes · et fecit sic. Et ascenderunt rane que operuerunt
terram egypti et ut dicit iosephus omne eius molestabant et putrescentibus
cadaueribus fetor · minus noxius exalabat ex aqua · ymo
quasi quedam domestice domos intrantes sepe in cibis et potibus et lectis
inueniebantur. Sunt autem tria genera ranarum · unum fluuiale et vocale
aliud minimum quod calamitem dicitur quod si proiciatur in os canis obmu
tescit. Tercium magnum et venenosum quod rubeta dicitur et vulgo crassan

ciii · Dixit ergo pharao ad eos · Orate dominum ut auferantur rane ex [illegible]
nobis et dimittam populum · Exclamavit autem moyses ad dominum et mortue
sunt rane · Videns quoque pharao quod data esset requies non dimisit eos · De

cinyphibus

Dixit dominus ad moysen · Dic aaron
Extende virgam et percute pulverem et sint cyniphes in omni terra egyp-
ti et factum est ita · Sunt autem cyniphes musce adeo subtiles ut visum
nisi acutum evectus effugiant et corpus cui insederint acerbo terebrant
stimulo · Feceruntque id est conati sunt malefici similiter ut educerent cy-
niphes et non potuerunt et dixerunt pharaoni · Digitus dei est hic id est spiritus
dei · Sicut enim per dexteram filius sic per digitum spiritus sanctus solet accipi · Unde
constat quod in hoc defecerunt et non in primo aut secundo · Et dicunt hoc esse factum
ad notandum quod et si phi habuerint noticiam patris et filii non tamen spiritus
sancti · Hec tria signa facta sunt per manum aaron · que autem sequuntur vel a do-
mino quedam vel per moysen ·

de cynomia ·

Dixit ergo dominus ad moysen · Egredere ad aquas ad pharaonem et
dic ei · quod si nolueris dimittere populum mittam in omnem terram egypti di-
versi generis muscarum · faciamque in die illa mirabilem terram yessen in qua habe-
bunt tranquillitatem · et factum est ita · Venitque musca gravissima
in omnem terram egypti · locutio est id est multitudo muscarum
et expressius est quam si pluraliter diceretur · pro quo lxx posuerunt cy-
nomia id est musca canina quod et in psalmo legitur · cynos enim grece canis
latine · Tunc vocavit eos pharao et ait · Ite sacrificate deo vestro in terra
hac · Qui dixerunt · Non potest fieri · Abhominaciones egyptiorum immola-
bimus · Si mactaverimus que colunt egyptii coram eis lapidibus nos
obruent · Taurum enim adorabant in honore apis · vaccam pro yside · ovem pro
ammone · unde abhominabile erat eis hec occidi vel comedi · nisi diis fierent
Et ait pharao · Ite ad desertum · verumptamen longius ne abeatis rogate
pro me · Oravit moyses et recessit musca · Iterum est induratum est cor
pharaonis · De hiis duabus plagis dicit iosephus quod infinita multitudo
pediculorum egyptiis pullulavit ex interioribus ebulliens quos nec
lavacris nec medicamentorum unguentis conterere poterant · Amplius
et plagis aliis preter x · famosas credibile est egyptios fuisse percussos

de morte pecorum exodi · ix ·

Tunc dixit dominus ad moysen · Dic
pharaoni · Si renueris populum meum cras tonica peste confine et mo-
rientur omnia animancia egypti nec quicquam ~~[illegible]~~ de hiis que possident israel mo-
rietur · Et mortua sunt animancia egypti · scilicet que erant in domibus · que
in pascuis grandine post perierunt · Vel forte dicendum non est quod sit
multo tempore intervallo hec facta non sunt et potuerunt interim habere aliunde
animancia · De hac etiam dicit iosephus quod bestiis multigenis et ignotis aspec-
tibus nullus occurrit regionem eorum dominus implevit quibus et ipsi consumebantur
et terra agricolis inculta videbatur · et induratum est cor pharaonis et noluit
dimittere populum ·

de ulceribus et vesicis ·

Tercio dixit dominus ad moysen et aaron tollite cineres de camino et
spargat illos moyses in celum coram pharaone et erunt in iumentis
et hominibus ulcera et vesice in omni terra egypti et factum est ita · Stete[runt]

Silepsis qui sing[ulare] pro plur[ali] po[nit]

de cynipsibus · xiiii · | de cynomia · xv · | de morte pecorum xvi · exodi · ix · | de ulceribus vesic[is]

ecia malefici stare coram pharaone propter vlcera que erant in eis ex initio
corrupcione veniencia. De grandine

Dixit quoque dominus ad moysen. Dic pharaoni. Hec dicit dominus. Ideo posui te
ut ostendam in te fortitudinem meam et narretur nomen meum in omni
terra. En pluam hac ipsa hora cras grandinem qualis non fuit in egypto
usque in diem hanc. nec eciam in partibus yperboreis. Congrega quoque homines in agro
homines et et iumenta foris inventa grandine morientur. Qui timuit de
servis pharaonis dominum confugere fecit servos et iumenta in domos. Ex
tenditque moyses virgam in celum et dedit dominus tonitrua grandinem et ful
gura et ignis mixtus impetu pariter ferebatur. Et percussit grando cuncta que
fuerant in ~~aquis~~ agris et herbam et lignum regionis confregit. Or
deum lesum est quia iam vires erat et linum quia iam folliculos germinavit. Tri
ticum vero et far quod est genus frumenti frumento grossius non sunt lesa quia serotina
erant nec adhuc virencia quia in spicam nodum procreverunt in terra tamen yessen
grando non cecidit. Et vocavit eos pharao et ait. Peccavi eciam nunc
Orate pro me et dimittam vos. Egressusque moyses ex urbe tetendit ma
nus ad dominum et cessaverunt tempestas nec eciam stillavit pluvia super terram
et ingravatum est cor pharaonis. De locusta. exodi decimo.

Dixit dominus ad moysen. Ingredere ad pharaonem et faciam signa que narr
res filiis et nepotibus ut sciatis quia ego dominus. Et ingressi dixe
runt regi. Hec dicit dominus. Ecce ego inducam cras locustas in fines tuos
ut comedant quod residuum est grandini. Dixeruntque servi pharaonis ad eum
egresso moyse. Usquequo paciemur hoc scandalum. Dimitte homines ut pe
rit egyptus. Et revocaverunt illos dixitque pharao. Qui nam sunt qui ituri sunt
ad sacrificandum. Et ait moyses. viri et mulieres senes et parvuli
cum ovibus et armentis. Et respondit. Cui dubium est quod pessime cogitetis.
Non fiet ita. Sed ite viri tantum. hoc enim et ipsi petistis. Et ejecti a conspectu
eius sunt. Et extendit moyses manum super terram egypti et induxit dominus ventum
urentem in die illa et nocte qui levavit locustas et sederunt innumerabiles
in cunctis finibus egypti et devoraverunt omne virens in lignis et herbis.
Dicitur autem locusta quasi longa hasta .i. quasi longiora retro habens crura. Festinus
quoque pharao vocavit eos et ait. Peccavi deo vestro et in vos orate pro
tollenda peste hac eciam hac vice. Et egressus moyses oravit ad dominum
et flavit ventus ab occidente et proiecit locustam in mare rubrum. Et in
duravit dominus cor pharaonis nec dimisit israel. De tenebris.

Extenditque moyses manum in celum et facte sunt tenebre palpabiles
ut nec viderent nec moveri localiter possent egyptii. Multi eciam in alabri
linter conclusi sunt mori. Ubicumque autem erat israel lux erat. Vocavitque eos
pharao et ait. Ite immolate. oves tantum et armenta remaneant. Et ait moy
ses non remanebit ungula preterea cum ignoremus quid debeat immolari.
Et ait pharao. Vade ne ultra videas faciem meam et morte morieris ignoranter.

Abiit ergo moyses ad fratres suos. De diebus egypciatis. exodi. xi.
Et ait dominus ad eum. Ad hunc una plaga tangam pharaonem et dimittet
vos. Nota quod plures plage fuerunt in egypto quam .x. quas narrat exodus
Sed forte non fuerunt adeo graves et ideo tacentur. Unde et quidam dies
egypciaci dicuntur quia in hiis passa est egyptus quorum duos tamen singulis

∴ Dixeruntque servi pharaonis. Ecce servi pharaonis corrigunt eum. Unde argumentum quod
minores possunt redarguere superiorem quod verum est quando superior incorrigibilis est
vel quando manifeste delinquit vel parum parere. 2 re 12 de nathan qui redarguit
david. galath. 2 quod paulus petrum quando restitit ei in facie.

mensibus notaverunt quasi ad memoriam cum plures forte fuerint. Non est creden-
dum quod egyptii licet astrorum periti deprehenderent dies hos nefastos in incho-
acione operis vel itineris vel minucionis. Hanc determinavit dominus pla-
gam que restabat aut. Ingrediar egyptum et morietur omne primogenitum a
primogenito pharaonis usque ad primogenitum ancille que est ad molam. etiam
primogenitum pecorum. apud vos vero nec muttiet canis. et petetis
vasa preciosa ab egypciis et dabunt vobis. Tradunt etiam quod quidam egyp-
tiorum timentes egyptum periturum egressi sunt .i. cecrops qui ingressus grec-
iam urbem condidit quam vocaverunt acten. que post dicta est athene quasi
grecorum chiliadas quidam arthomenam dixerunt quia dicta est etiam differt
et est nomen egyptium quod latine dicitur quasi dei homo. Vel propter precimatem stature vel
propter virium immensitatem vel pericia utriusque lingue greece scilicet et egypcie.
sub quo primo in arce nata est oliva. Creditur etiam ea tempestate egyptum
dyonisius liber qui et argos condidit et usum vinee grecis dedit.
Dicitur etiam diluvium in thessaliam factum sub deucalione et incendium sub fe-
tonte circa tempora moysi et sub eo hercules anteum vicit. Erictonius
filius vulcani currum et triptolemus primus quadrigam fertur invenisse.
Egyptus qui prius mesraim post aeria. ab egypto rege fratre danai egyptus
dicta est. Lacedomon filius semeles lacedomiam condidit. Princi-
pio palestinum. Epydaurus condita est et corinthus qui prius efira. Post
hec quoque danai et elena epafum genuit qui menphim condidit cum in
secunda egypto regnaret. De diebus azimorum et agno paschali Exodi

Exodi 12°

Tercium dixit dominus ad moysen. Mensis iste erit vobis primus in mensibus
anni. hic est aprilis .i. lunacio aprilis que in marcio sepe inchoatur
hic dicitur ab hebreis nisan. apud egyptios parmuthi apud ma-
cedones pantici. Voluit quippe dominus iudeos a ceteris nacionibus
differre. sicut religione et caractere circumcisionis ita et tempore. Ro-
mani ex tradicione nume pompilii primum ponunt ianuarium
quia tunc incepit sol ascendere post solsticium hyemale. Arabes inchoant
annum post solsticium estivum. Et congruencius videtur fieri ab hebreis in
marcio in quo mundus conditus legitur. In aprili gerunt ceremonialia diffe-
runt a nobis in temporali convenit nobiscum. Et adiecit dominus. Decima
die mensis huius tollet quisque domus agnum vel si non poterit agnum saltem
hedum. Quod si non sufficit numerus domus ad esum agni. assumet de pro-
ximo vicino domum sue iuxta numerum animarum qui sufficiat ad esum agni.

Incidens ypothesis[illegible]
pro decima luna inmut[illegible]
decimo agnus quem tollebat
et signific[illegible] ad es[illegible]

Hec est dicta luna iiii^a die creata est quartadecima quia fuit prima dies mun-
di. et annum mundi decima. Erit masculus anniculus .i. unius anni sine
macula non quidem vellere sed corpore quod in leviticus declaratur sic. Si
cecus vel corruptus non valeret etc. Unde dicitur. pro capitum cir-
ca esum unius agni. Et ritum de grege sumabitis et in domo usque
ad xiiii^{am} diem et immolabit eum omnis multitudo. scilicet quisque domus sive
ad vesperam. Et tingetis eum fasciculo ysopi utrumque postem et
superliminare sanguine. Et edetis carnes nocte illa assas igni
non coctum quid de eo aqua aut crudum .i. semicoctum ex festi-
nacione et azimos panes cum lactucis agrestibus quasi amari-
tudo amaritudinem servitutis memorent in seruitium. Capud
cum intestinis voratis et pedibus. si quid residuum fuerit igne

bitteris · qz ut ait iosephus · qz ut ait iosephus cremac̄ sursū ferre
senat · Et elevacio ignis elevacionē ab eis pestis q̄ vastaturē e
gypcios significavit · Preter credat ceteris suis · pharao vel egypcii
que · x · plagis verberata ē nō cessit · solo sanguine agni victa filios
isrl' dimisit · De modo comedendi ait · Renes vros accingetis calciam
ta habebitis ī pedibus tenentes baculos ī manibus os nō frangetis
nc de carnibus foras mittetis et comedetis festinanter ē enī phase · i ·
transitus dni · Dictū ē aut nox illa transitus · qz ī ea transiuit angelus egyptū
percuciens primogenitū usqz ad pecus et transiuit sup tecta hebreorū
limina sanguine · Et aggressus ē isrl' iter transeundi ab egypto
preter ait dns · Diē hanc habebitis solempnē et ī monimentū ī genera
cionibus vris cultu sempiterno · septē diebus azima comedetis · Prima dies
erit sca et venerabilis similiter et septima · nichil operis facietis ī eis ex
ceptis hiis q̄ ad vescendū pertinent · Prz q ī mediis diebus potuit opa
ri · Etiā hoc patz qz sabbatū erat eis solempnius quovis festo qz ad oem
ca 23 · ī quo licet ad vescendū licebat operari · Inde potuit ēe q ipse mulie
res ī ipso die solempni pasche potuerint parare unguenta ad ungendū
dnm qd' sabbato nō licuisset · In ezechiele festū ī prima die aprilis
et ī · vii · legitur qd nō hic · Et egressi filii isrl' fecerunt sicut preceperat dns
moysi et aaron · Et congregati sunt · xiiii luna ī finibus egypti cum
ramessen · Tn iosephus dicit eos congregatos decia luna et vix · primo mense
expectasse decimā quītā · Hd ī prīo capli dixi · mensis iste erit vobis
pr ī intellectum suū · s · hic ē aprilis etc · Sicut verū ē qd dictū apli quo ceremonialia
differunt a nobis · ī tēpali conveniunt nobiscū etc · Aut · i · ī tēpali convēi
unt nobiscum erit falsū ut pz cuilibz computādo ī tēpali convenientia vel
disconveniencia · etc · In decima luna innuit q agnus q tollebatur sig
nificabat aliqd' eternū · sic ei dr · xiiii luna q fuit prima die mēsis
xi · et anni mundi decima · De morte primogenitorum ·

Factū ē aut noctis medio · percussit dns omē primogenitū egypti
nec erat domus ī q̄ nō erat mortuus dno ita permittente nō fuisse
omnino absqz primogenito · Compulsus qz pharao dixit moysi p nuncios
ut egrederentur cū oibus suis · Primo egyptii urgebant eos exire · Tu
lit qz pplus farinā conspersam · i · pastam sup humeros ligatam ī
palliis et petierunt ab egyptiis vasa et vestē plurimā et spoliave
runt egyptios ex precepto dni · tm pro mercede laboris qua frauda
ti erant · tū ut inde fieret tabernaculū · Et erant qsi sexcenta milia
virorum peditum absqz parvulis et mulieribus et vulgo familiarium
eis innumerabili et duxerunt secum diversi generis animancia multa nimis ·

Factū ē aut q milites pr' solutū · De exitu isrl' de egypto
adhuc inundabat terra ī qua sepultus erat ioseph · Tenebatur aut
ex mādato asportare ossa eius · Tunc scripsit moyses ī lamina au
rea nomen dni tetragramaton · q superposita aque natavit usqz dū
veniens staret sup ubi erat sepulchrū et effodientes sustulerunt
ossa q̄ sublata legitur prophetasse eis · forte de difficultate in
neis · Tn hebrei tradunt q omes ī primise asserit moyses eos q locum

e ad eos ob quam rem deportaverunt ea secum multo tempore per desertum et deportaverunt
ea cum ossibus Ioseph de quo in Genesi. Cum deduceret mare velut ossa Ioseph. In
egressu etiam eorum fertur terre motu multa templa Egypti cum ydolis suis
corruerunt. Habitatio autem filiorum Israel fuit in Egypto CCCCXXX annorum,
sed nomine Egypti intelligendus est omnis incolatus eorum qui incepit a promissione Abrahe
facta in via Mesopotamie, a qua usque ad legem datam tot anni fluxerunt.
Solis enim CCX annis fuerunt filii Israel in Egypto post mortem Ioseph, quibus
expletis eadem die egressa est omnis multitudo de terra Egypti. Quod etiam
terminabiliter a deo factum est. Vel forte eadem die qua exivit Abraham ad
peregrinandum. Et non simpliciter hic dicit quod ea die egressi sunt. Et istum memorem
diei huius in qua egressi estis de Egypto prima die scilicet azimorum. Etiam
legitur supra decima eius. Nullus egrediatur ostium domus sue usque mane.
Et tamen statim legitur hic. Nox ista observabilis est domino quando eduxit eos de terra
Egypti. Et in benedictione cerei dicuntur nocte educti. Forte intelligendum est no-
cte eductos ad mare, id est ad mare egrediendum nocte compulsos. Profecti
que sunt de Ramesse in Socoth. Nec sunt secuti Egyptii sepelientes mortuos
suos. Multi etiam Egyptiorum flebant quia eis fuerant tam crudeles persecuto-
res. Coxerunt quoque farinam quam tulerant de Egypto fecerunt que subcine-
ricios panes azimos quo modico tamen tempore congulatos habuerunt usque
sunt XXX diebus. Non enim ultra suffecerunt que tulerant de Egypto licet par-
simonie custodirentur ne eis ad satietatem vescerentur. De sanctificatione

Dixit quoque dominus ad Moysen. Sanctifica mihi nomine primogenitorum Egypti
omne primogenitum masculinum quod aperit vulvam tam de hominibus quam de iu-
mentis quia percussat primogenita in liberacione eorum. Et quia solos mascu-
los per hoc voluit sibi sacrificari. Dici potest non percussos nisi masculos fo-
re quia primogenita eorum a percussore angelo liberarat et hoc modo sua esse
voluit quia ut deinceps omnia sua essent. Vel quia ex omni fructu primo honorandus.
Primogenitum ergo qui erat de filiis Levi offerebatur et sinebatur migrare. Primo-
genita aliorum offerebantur et redimebantur. Primogenita vero mundorum animalium
ad immolandum oblata erant sacerdotibus. Immundorum vero non oblata quedam re-
dimebantur ut primogenitum ~~asini~~ asini ~~redimebatur~~ mutabatur oue quod pro eo offerebatur.
Quedam nec etiam redempta occidebantur ut primogenitum canis. De aliis
immundis legitur in Numeri quod redimebantur V siclis. Et adiecit dominus. Cum
introduxerit te dominus in terram promissam immolabis hec filius tuus sicut ad
sepulchro. Erit quasi signum in manu tua et quasi appensum quid ad recorda-
tionem ante oculos tuos, id est scilicet huius liberacionis memoria non aliter veni-
ret in oblivionem quam quod in manu geritur vel ante oculos appenditur. Et
pharisei ad litteram observantes in cartis hec scribebant et decalogum similiter
et eas sinistris circumligabant brachiis et inter oculos appendebant quas
dominus in evangelio phylacteria vocat a phylaxe et thorach. De deserto

Cum ergo emisisset Pharao populum non eduxit eos dominus per Palestinam
terminam Egypto propter antiquam molestiam et odium priorum ne insurge-
rent Philistei adversus eos. Sed circumduxit eos per desertum quod est iuxta
mare rubrum. Tamen pro mandato domini iubentis ut duceret populum ad montem
Syna ad immolandum ibi. Tamen si persequentes Egyptii vellent eos persequi
gravem molestiam itineris sustinerent. Armatique ascenderunt filii Israel

de terra egypti · multo · s(cilicet) supellectile muniti · Tamen alia translacio habet
Quinta generacione ascenderunt filii israel · Moyses enim quintus fuit a iacob. vel
per tribum iude a phares usque ad salmon quinque fuerunt generaciones · He-
breus habet · Quinti ascenderunt filii israel · Profectique de socoth venerunt in
etham · Civitas erat tunc deserta in capite solitudinis quam a iosepho licet
dicitur · Ubi et babilonem post fecisse dicitur · dum cambises egyptum vastaret

Dominus autem ut dux esset itineris **De ductu columpne et mari rubro ·** · Exodi xiii ·
precedebat eos per diem in columpna nubis contra fervorem solis et per
noctem in columpna ignis contra tenebras et ut sibi a serpentibus provide-
rent · Precepitque dominus ut reversi aliquantulum versus egyptum castrameta-
rentur · in regione phiaroth que est inter magdalum et mare contra beelsephon
Est autem magdalum civitas in confinio egypti ad quam iudei tempore ieremie
interfecto godolia primo confugerunt · Et posuerunt castra super mare rubrum
Huius maris aqua rubra non est · sed omnis terra circumstans rubra est ex
qua viciatur gurges et inficitur · Unde minium acutissimum decipitur · quippe
inveniuntur in fluctibus in hunc colorem cadit · ob hoc ibidem gemme rubre
que limo involute et inter arenas attrite terre colorem habent
et maris · Hoc mare in duos sinus dividitur · quorum ab oriente persicus
appellatur quia parte orarum eius inhabitant · Alter arabicus dicitur · Ubi tamen nos
dicimus rubrum hebreus habet carnosum quia carne in littore habundat · Ita-
que ibi coartati sunt filii israel · ex una parte erant montes asperrimi
et inmeabiles · ex altera mare · **De transitu maris rubri ·**

Immutatumque est cor pharaonis · et tulit · sexcentos currus electos et · ccc-
ab egyptiis et insecuti sunt eos · equites quoque ducenti · l · milia · et
cc · milia peditum armatorum · Levantes que hebrei oculos suos vide-
runt egyptios post se venientes et timuerunt valde · neque fugiendi
facultatem habebant · nec pugnare valebant quia inermes erant · nec
ibi morari propter ciborum penuriam · Cumque plurimum arguerent moysen dixit
eis Nolite timere · hoc fecit dominus ut hodie videretis magnalia eius · Ipse
pugnabit pro vobis et vos tacebitis · Egyptios quos nunc videtis non vi-
debitis in sempiternum · In hebreo planius habetur · non videbitis ubi nunc
videtis vivos · Et oravit moyses ad dominum qui dixit ei · Quid clamas
ad me · Eleva virgam et extende manum super mare et divide ipsum ut
ingrediantur filii israel per siccum · Tollensque angelus se qui precedebat
eos stetit post tergum inter egyptios et israel · Et erat nubes tenebrosa
egyptiis · sed lucida hebreis · Cumque extendisset moyses manum fla-
vit ventus vehemens et venit aqua in siccum · et divisum est mare in xii
divisiones ut quelibet tribus per turmas suas incederet · Et adunavit
moyses singulas tribus secundum ordinem nativitatis sive hortabatur
illos ut ipsum precedere sequerentur · Cumque timuissent intrare ruben
symeon et levi · Iudas primus aggressus est iter post eum · Unde et
ibi meruit regnum · Profecti sunt igitur per medium maris et erat aqua
quasi murus a dextris eorum et a leva · Quod videntes egyptii vesanos
eos iudicabant · sed cum viderent illesos abire ingressi sunt post eos · Iamque
venerat vigilia matutina · Et respexit dominus super egyptios per
columpnam nubis et ignis · i(d est) intolerabiles ymbres et grandines

graves tonitruos chorruscationesque et lampades iacit super eos. Unde et ipsi dixerunt. Fugiamus israhelem dominus enim pugnat pro eis. Filii autem israel ad contra positum pervenerunt litus. Hebrei vero tradunt quod cum venissent ad extremum montis porrecti in mare per longum maris viam eos obliquasse et circueundo montem ad idem latus egypti redisse quod probat situatio maris est ut quod perit in mari ad propinquius litus proiciatur. Cum igitur mane iacerent egyptii mortui in litore patet quod idem erat litus ex altera parte montis. Nec enim in spatio noctis fere equinoctialis nec hii nec alii ad medium mare transire potuissent quia spaciosum est ibi. Cumque sic turbaret egyptios. moyses iubente domino extendit manum suam super mare et reversae sunt aque ad priorem locum et operuerunt egyptios nec unus quidem superfuit ex eis. et tulit israel arma mortuorum. Moyses quoque canticum

exodi · xv°

domino composuit. exametro carmine Cantemus domino etc. Quod quia primo ceteris legitur canticum canticorum dicitur. Nec hoc discredendum esse dicit iosephus cum allexandro macedoni et exercitui eius darium persequenti mare pamphilicum divisum fuisse legatur deo iubente qui per eum regnum persarum destruere volebat. Moratus est autem israel iuxta litus .vii. diebus et cum tympanis et musicis instrumentis singulis diebus veniebant ad litus. et cantabant domino canticum moysi viri seorsum et mulieres seorsum. In cuius memoriam .vii. paschalibus diebus cantando redimus ad fontem. Et narrat liber iosephi secundus. De dulcoratione aquarum marath.

Post hec egressi sunt in desertum sur. Tamen hebreus habet in desertum etham. Dicimus enim quod prius ante mare fuerunt in deserto etham. post mare in deserto sur. post helim in deserto syn. Ambulaveruntque tribus diebus per solitudinem nec invenerunt aquam donec venerunt in marath ubi aquam invenerunt quam pro amaritudine bibere non poterant. Unde et eam illi dixerunt marath. vel potius pro amaritudine aque. [illegible] qui sitiens potum non invenit quam si invenit et gustare non possit. Dominus autem ostendit moysi lignum quod cum misisset in aquas dulcorate sunt. Fertur lignum illud huius esse efficacie. et forte miraculose factum est ut in solitudine in qua lignum non erat inveniretur lignum. Hebreus dicit lignum id naturaliter esse amarissimum et ut mirabilior innotesceret virtus amaro additum amaro dulcedinem operatum est. Iosephus videtur velle aque vicium hoc contraxisse quia in more stagni fuerat secundum illud Ecclesiastici cum capiunt nisi moveatur aque. Dicit enim ibi fuisse puteum modicum. Dividens autem moyses virgam quam habebat in partibus non in equales eam per medium in longitudine in scissione faciens et iecit in puteum. Et precepit fortioribus ut haurirent aquam et plurimam prius effunderent ut quod remaneret frequentibus commotionibus excitata et purgata fieret potabilis. Ibi etiam dedit eis iudicia nondum tamen scripta. Sed daturum se promisit si obedire sibi vellent. De fontibus et palmis helim.

Post hec venerunt in helym ubi erant .xii. fontes et .lxx. palme. Et dicit iosephus quod modica erat aqua in fontibus. ut quoque ex modicum manibus sumeretur cenosum erat et inutile. Propter hoc etiam palme non multum enutriebantur a terra quia non sufficiebat humor ad continuationem terre. Inde venerunt in desertum syn quod est inter helym et synai. Ubi plures fecerunt mansiones que in numeris exponentur.

Quintodecimo die mensis secundi. xxx°. scilicet **De coturnicibus et manna. Exodi. 16.**
ab exitu eorum de egypto qui scilicet secundum pascha celebrabatur defece-
runt eis victualia que tulerant de egypto. et dixerunt. Utinam mortui
essemus in egypto quando sedebamus super ollas carnium et comedebamus panem
in saturitate. Cumque orasset moyses ad dominum. dixit ad eos. Audivit
dominus murmurationes vestras contra eum et dabit vobis vespere carnes et
mane panes in saturitate. Et factum est vespere et ascendens coturnix
de sinu arabico ubi precipue nutritur transiens per medio mari operuit
castra et ad libitum ipsi capiebantur. Est autem coturnix avis regia quam
iosephus ortigimetram vocat grecus ortygometram. nos vulgo cau-
leum dicimus a currendo. Mane vero cum oraret moyses. ros descendens
illinitus est manibus eius. quem prius ymbrem suspicatus est sed cum gustasset
sensit mellis dulcedinem et panem promissum domini intellexit et iacuit
ros per circuitum castrorum et erat granum minutum quasi semen coriandri
album in modum pruine et quasi pilo tonsum. Quod videntes filii israel dixerunt
manhu. id est quid est hoc. Unde et deinceps manna dictum est quod quidam indeclinabile
ponunt. Alii in prima. alii in tertia declinatione ponunt. sicut et pascha pasche
vel pascha paschatis. Et ait moyses. Hic est panis datus vobis a domino.
colligite vobis gomor per singula capita et collegerunt alii plus alii mi-
nus et mensi sunt ad mensuram gomor. nec qui plus collegit habuit amplius
nec qui minus paravit reperit minus. Forte tacentibus ponebatur collectum
et reddebatur singulis gomor quod iosephus assaron vocat et est decima
pars ephi. Vel forte continentia quod collegit vertebatur ad ipsa non inveniebat
nisi gomor. Vel per miraculum factum est ut edacibus sufficeret gomor quod ab
aliis etiam comedebatur. Colligebatur autem mane quia cum incaluisset sol liquefi-
ebat quod miraculosum erat cum ad ignem durum fiebat. Terebant autem illud
in pulverem et conglutinatum in panes formabant cuius sapor erat dulcissimus
quo dictum est. simile est melli. Et alibi. Sapor panis oleati. Quod vero dicitur
suppliebat unicuique in ore quod desiderabat non multum est autenticum. Dicit
etiam iosephus quod hactenus rigantur loca illa siccis ymbribus a quo loco incole
deferunt ad nos manna. scilicet quandam confectionem quam colligunt circa mare
rubrum quam ponunt in medicinis. Dixitque moyses ad populum. Nullus relinquat aliquid
ex eo usque mane. Quidam tamen reservaverunt et scatebat vermibus et com-
putruit. Precepitque moyses ut die sexto colligerent cibos duplices
quia sabbato non inveniebatur in agro consuetum et in die sabbati non corrumpebatur.
Putant quidam tamen necesse erat. vi° die collegisse. quemque nisi unum gomor
sed per miraculum multiplicabatur ut duobus sufficeret diebus. Hoc inde
colligentes quod in ipsa legitur. Quia hoc dedit vobis dominus die vi° duplices
cibos. Dixitque dominus moysi. Imple gomor ex eo ut custodiatur in fu-
turas retro generationes. id est in posteris futuris ad sui memoriam retro
habendam. Et fecit moyses iuxta verbum domini. Posuitque aaron in urna
aurea in tabernaculo reservandam. Aiunt hebrei eos primo parvum tab-
ernaculum habuisse in quo dominum consulebant. de quo infra. Moyses tol-
lens tabernaculum tetendit extra castra procul vel per parasceven de fu-
turo tabernaculo dictum est. Hoc cibo aliti sunt filii israel. xl. annis usque quo
venerunt fines terre chanaan. id est promissionis quam occupaverunt cha-
nanei. **De aqua data in raphidim. Exodi. 17.**

Ephi est mensura trium modiorum

Igitur profecta est omnis multitudo de deserto syn · per mansiones suas iuxta
preceptum domini et venit in raphidim non quod verbo distinguerentur eis domini
mansiones sed iudicio nubis stantis quam penitentem ... singularum
Ea stante castrametabantur ubi omnino defuit eis aqua et murmu-
raverunt contra moysen · Qui ait ad dominum · Quid faciam populo huic adhuc
pusillum et lapidabunt me · Et dominus ad eum · Sume de senioribus israel et
vade ad petram oreb et percuties eam virga · Oreb vero est mons in
syna sic dicta quasi oreb qui occisus est in ea · et fenum est ibi · Egres-
se sunt aque et bibit populus · Et vocavit moyses nomen loci tempta-
tio quia temptaverunt dominum dicentes · Est ne dominus in nobis an non · Ideo
post fuerunt aque contradictionis · de pugna contra amelech ·
Egressus autem amelech ut pugnaret adversus israel in raphidim
Strabus ait · Amalech fuit filius ysmahelis a quo amalechi-
te qui et ismahelite ipsi sunt sarraceni · hos dicit iosephus pugna-
tores inhabitantes etiam petram gomboth et a ceteris tribubus conducti
bellant adversus hebreos · Econtra legitur in genesi quod eliphat primogeni-
tus esau genuit de concubina amalech · Idem super regum ubi filius ad-
venientis nuncians david mortem saul ait · Amalechites sum · Forte
fuerunt esauiti et ex hiis duo populi · Elegit autem moyses ihesum de tri-
bu effraim virum bellicosum ad dimicandum contra hostes · Cui et par-
tes fidit armatos plurimos ad custodiam castrorum retinuit ipse
autem ascendit in montem habens in manu virgam dei · Ascenderunt et
aaron et vir marie · ut dicitur in paralipomenon · filius fuit caleph
et marie avus beseleel · Cumque elevasset moyses manus ad deum
vincebat israel · Sin autem paululum remisisset vincebat amelech ·
Quo comperto aaron et hur supposuerunt ei lapidem et ex utraque
parte manus eius sustentabant · erant enim graves pre labore orandi · In hoc
nota figuram sacerdos manus elevat in missa et in figura populi orantis
in cruce · Nec remisit moyses manus usque ad solis occasum · Fugavit-
que iosue amelech in ore gladii · Et ait dominus moysi · Scribe hoc in li-
bro ob monimentum · Ad huc enim delebo amelech de sub celo quod in david
completum est · Et edificavit moyses altare · et vocavit dominus exaltatio
mea · de subdivisione magnatum ad consilium ietro exodi · 18 ·

exodi · 18°

Egressus est autem ietro cognatus moysi obviam ei in deserto · cum
asseret sephoram et duos filios eius · Cumque intrasset tabernaculum
moysi · narravit ei moyses signa que per eis fecit dominus et universum la-
borem itineris sui et congratulatus illi ietro ait · Benedictus dominus qui
liberavit populum suum de terra egypti · nunc cognovi quia magnus est dominus super
omnes deos · Obtulit ergo ietro hostias domino et comederunt cum eo moy-
ses et aaron et seniores israel coram domino · Augustinus non vide-
tur immolasse domino sed moysen secundum aliam translationem est · Suscepit
ietro hostias de oblatis a moyse suscepit ab eo et quiescunt ... Di-
forte tunc sacrificavit moyses in eo monte sicut preceperat dominus ... dicit
enim iosephus ietro venisse circa montem ubi in rubo multas viderat
moyses visiones · Altera die sedit moyses ut iudicaret populum qui assis-
tebant ei de mane usque ad vesperam quos attendens ietro ait · Similiter

consumeris ultra vires tuas est negocium. Sed audi verba mea et erit deus
tecum. Esto populo in hiis que sunt ad deum et ceremonias et viam mon-
stres eis ostendas eis. Ad decisionem vero causarum elige viros potentes time-
ntes deum. amantes veritatem. detestantes avariciam. Et nota quod in hiis
quatuor que dicit consideranda in eligendo iudice [struck through] ponit potenciam que
quidem plurimum valet si illa tria sequantur. alioquin additur oleum camino
et gladius veneno. Tamen alia translacio habet sapientes quos forsan po-
tentes vocat ad iudicandum. et addidit. Constitue ex electis quosdam
tribunos .i. cuiusque tribui unum principem qui a tribu tribunus hebraice
grece chiliarchus latine millenarius. Nota quod in tribu cum essent mille
sed certum numerum posuit pro incerto vel pro multitudine copiosa nimis
posuit supremum quia forte iam principem habebat quelibet tribus sui. sub pri-
ncipe voluit esse millenarios qui cum preessent mille. sub millenariis
monuit constitui .x. ethacontarchos .i. centenarios vel centuriones
sub centurione duos penthacontarchos .i. quinquagenarios sive quinquagena-
rio. quinque decanos. Orta igitur lite inter decem stabat ad iudicium de-
cani cui facile erat lites paucorum dirimere. Si non poterant diffiniri
ascendebat ad quinquagenarium. et sic usque ad moysen. quod tamen pari
modo ecclesia romana vocavit plurimos in partem sollicitudinis. primates
archiepiscopos. episcopos. archidyaconos. archipresbiteros etiam minores sacer-
dotes leviora peccata. et quedam gravia sed occulta iudicant. gravia vero
et aperta referunt ad eum. Acquievit moyses. non erubuit vir deo
plenus consilium gentilis. Dimisitque cognatum suum. Hebrei ubique po-
nit socer et reversus est iectro in terram suam. de profectu ad montem
sinai exodi .19.

Mense ergo tercio egressionis de egypto .i. iunio
die hac in kalendis. scilicet iunii. venerunt ad montem syna .i. fixerunt
tentoria. e regione montis. xlv. die scilicet a phase. In exponendo ei
septimane. xxx. dies pro mense sumimus. qui mediam inter lunares et so-
lares menses eligendo viam. lunares vero infra tricenarium sunt
quidam. ultra vero non. solares vero plures hunc numerum excedunt. A phase
secundi mensis. restabat dies primi mensis. sunt superiorum postea xxx
die. restat ergo quod prima dies iunii. xlv. fuit. Sequenti
die diluculo ascendit moyses in montem ad deum qui dixit ei. Dices do-
mui iacob. Vidistis que fecerim vobis. Nunc adiciam ut etiam loquar vo-
bis. Si ergo custodieritis pactum meum. eritis mihi in peculium .i.
familiaritate de cunctis de cunctis populis. Que cum retulisset moy-
ses populo. Responderunt. Cuncta que locutus est dominus faciemus. Cumque dixisset
moyses ad dominum. ait ei dominus. Veniam ad te in caligine ut audiat me
populus loquentem ad te. Vade sanctifica populum hodie et cras .i. lavent se
et vestimenta sua. Abstineant ab amplexibus et sint parati in die tercia
et constitues terminos in circuitu montis quos qui transierit tetigerit
montem morietur et manus non tanget eum et lapidabitur aut
iaculis confodietur sive homo sive iumentum. Declaratur autem ut antiquorum
deceret. de dacione legis in diebus hiis duobus diebus communis opulenter et ornamentis
de dacione legis pretermittis.

Iam advenerat dies tercius et iam solis ortum ceperunt audiri ton-
itrua · ac micare fulgura et nubes densa operuit montem et cla-
gor buccine perstrepebat fumabat mons quia dominus descenderat in
igne et fumus ferebatur quasi de fornace et mons tremuit ut ait He-
breus · et timuit populus sed et moysen ira dei perisse putabant. Cum
letus apparuit moyses et sompnium accepit cum eo universus et
et ait · Hodie non audietis moysen filium amram et iocabeth sed
qui pro vobis percussit egyptum · qui per mare iter dedit qui cibum de ce-
lo potum de petra concessit · per quem adam de fructibus terre comedit · noe
ex ymbribus ereptus est · abraham chananeam optinuit ysaac
de senibus · iacob prole ditatus · Ioseph sublimatus · Fiat ergo
hec a vobis amabiliora quam filii vel uxores · Et eduxit populum in occursum
domini ad radices montis · Ascendit autem sicut dominus iusserat moyses et
aaron viri eminus · Sacerdotes · i · maiores et populus non transierunt
locutus est dominus ita ut nullum vox affligeret · et sic · l[o] · dedit
eis legem verbo tantum in figura quod datum est spiritum septem die · l[o] · Editio decalogi

Non habebis deos alienos coram me etc.
Decem non in decem preceptis dedit omnes sancti asserunt · sed in distinctione
differunt · Primum et secundum augustinum dicit origenes in duo et quod secundum duo
secundum augustinum collegit in unum cum conferit iosephus · Preterea dicit augustinus
tria fuisse in una tabula et vii in alia · Iosephus vero et hebrei quinque
in utraque · Forte quia augustinus tria prima voluit pertinere ad dilectionem dei
vii · ad dilectionem proximi pro dignitate potius quam de scriptura dixit ea esse
et secunde tabule · Sed dicere consuevimus homines sine classibus et secunde
non distinguantur idem est · Non habebis deos alienos coram
me solum habebis deum · Et potius non habebis pro non habeas in
secundum ydioma hebreum · non enim asserit cum quisque habuerit · Re
cias tibi sculptile vel ydolum · Alia littera quod nichil est in mundo · i · nulla
rei nature representatum ut fiebat hamon capite arietino · vel a
capite canino · neque omnem similitudinem que est in celo vel in terra vel a
vel sub terra · quasi non facies in pro deo · simulachrum solis et lune
neque hominis et iumenti et huiusmodi neque draconis vel reptilis cu
que colebat dominus hominum error non coles nec eciam adorabis ea · C
est mente adorare · adorare autem est sine ad salutem pro metu vel adula
regibus adorare · Postea ad inculcandam custodiam dei et dicendum
inciderit · Ego sum dominus deus tuus fortis et zelotes visitans · i · pu
peccata patrum in filios in terciam et quartam generacionem · sed vindictam differ
eorum qui oderunt me · et faciam iusticiam in misericordibus hiis qui
me etc. · Zelus dicitur invidia · dicitur eciam amor · sed proprie amor viri
orem proprio sustinere neque alterius accessum ad eam · In hunc modum
dominus ego sum zelotes · i · non paciar te fornicari post deos alie
Quod autem addidit se visitare peccata patrum in filios · Videtur heretici no
hic sermo ut pro peccato alterius quis puniatur et dicunt veteris testam
non datum a deo · Non est sic crudelis est deus · sed eciam in hiis muris
quod eciam in hoc nomine visitans innuitur · Ex pietate et visitans in
et hec ex mansuetudine peccantes non statim punit sed expectat
ad terciam generacionem · quod dum sic solet parcere vivere et si corripiet

et filii ipsum nō imitabunt᷑ parent. Alioquin qui post longam exspiracionem
iniustus punit. et de quali pena tunc intelligendum ē. sicut de achab le᷑.
i regum. et i ozee de ihu i posteris vindictam scripturam legimus vel pr
eorum senciant iusta iudicantis. Gravius ei puniuntur peccatores
si filios eciā videat pro se puniri et iustius pro consuetudine. Origenes
tunc hic intelligit per patres demones per posteros coadiutores quos quandō
eciā peccando nobis adiungimus. Verpote primo desint dyabolus i cor-
iuda. erat pr. post accessit ad principes ut et ipsi i hoc peccatum con
erat filii. post ab illis accepit cohortem et ministros erat tercia et quarta
generacio. Dominus autem nō visitat hic peccatum patrum qui reservant᷑ igitur eterno
modo tunc sepe punit homines. Non assumes nomen dei tui in vanum
i. nec falso nec supplice nec dolose iurabis per nomen dei. nec honorem
dei quem in te ē evanescere facias prave de eo senciendo. Memento ut
diem sabbati sanctifices. i. sanctum et separatum habeas. Nō facies omne opus
tu et filius tuus nec filia nec servus nec ancilla nec iumentum tuum
nec advena qui intra portas tuas ē. i. tecum i domo tibi serviens
quia deus quievit die vii°. et nos die septimum sanctamus. et si nō huc
quevi illi. Unde dixit feriatum. Sed et iosephus sic ait. Dionysius. secundum
sabbatas septimanas cum ab omni opere ~~dicit~~ foret cessatum quarta de ope
ra. duplici honore venerando. f. et necciā ministrando. In his ei qui se
quitur feci i omnibus a parte totum intelligit᷑. vnde et dominus decem tonaliter intelli
gendum impleverit legem. Non occides manu vel mente vel consensu
nec violentam manum inferes inscienti. nec subtrahes auxilium vite cui po
ris et debes dare. Iudex quidem nō occidit. sed lex. Non mechaberis
nō commisceaberis alicui excepto federe matrimonii. Non fur-
tum facies nec rapias aliena. Non loquaris contra proximum tuum falsum testimonium
dicens. Hic prohibet. i. dissuadet omne mendacium. i. falsi dicione. licet
quidam male senserint deum tacite concessisse mendacium quod placet si
nulli obsit. Non concupisces domum proximi tui. Secundum aug. hic prohibet
concupiscenciam rei aliene inmobilis. Non desiderabis uxorem eius nō
servum nō ancillam. nō bovem nō asinum nō omnia que illius sunt. Hic autem prohibet
concupiscenciam rei mobilis. De altari faciendo

Videbat autem omnis populus voces et lampades et vocem buccine et mon-
tem fumantem et steterunt procul dixerunt moysi. Loquere tu nobis et au-
diemus. Nō loquatur nobis dominus ne forte moriamur. Stetit ergo populus de longe
moyses autem accessit ad caliginem. Cui dominus ait. Altare de terra facietis
mihi. Forte ante constructionem altaris portatilis voluit hoc fieri vel
id portatile erat de terra sed ipsum diceremus. Quod si altare lapideum feceris mihi
nō edificabis id de sectis lapidibus. Si levaveris cultrum tuum super eo
polluetur. qui nolo quod cum instrumento effusionis sanguinum. edificetur
mihi sanctum. Sed et nos unius lapidis altare construimus. Forte prohibuit ne
super altare hostie occiderentur. et addidit. Nō ascendas per gradus ad al-
tare meum ne reveletur turpitudo tua. Forte nondum utebantur a
...nti femoralibus. De iudiciis faciendis de servo vel ancilla exodi. 21°.

Deinceps addidit dominus iudicia que dantur ad tuendas leges. Nō ossi-
dem nō omnia sed cognita prosequimur. Si emeris servum hebreum quia s-
servus nō sit sex annis serviet tibi nisi iubileus intervenerit. vii. egre-

dies liber et gratis cum quibus vestibus intrauit. Si habens vxorem cum vxore e[illegible]
beris exibit. Si dominus dederit ei vxorem mulier cum filiis quos fecerit [illegible]
domini. Qui si elegerit famulus manere in seruitute offeret eum dominus diis i. sacerdo-
tibus iudicibus et applicabitur ad ostium tabernaculi et perforabit aurem [illegible]
subula in signum perpetue seruitutis et erit sibi in seculum i. dum viuet vel
vsque ad iubileum. Idem intelligendum est de ancilla. De famula.

Si quis vendiderit filiam suam in famulam non in ancillam sed in concubinam [illegible]
greci moysen fere vel sor modernj dicunt. vii anno non egredietur
sicut ancilla sine precio. Dum eam humiliauit dotem vestes et [illegible]
i. virum ei prouidebit pro precio pudicicie. Et si ante septimum annum displi[illegible]
ei vendendi eam alii potestatem non habebit nec pudicicie precium [illegible]
Qui si iuxta agnouit eam sibi i. in vxorem duxit sed quod dominus [illegible]
mus iuxta legem vxoris faciet ei nec sine libello repudij egredietur. [illegible]
vero non sibi sed filio eam emit in modum eundem faciet ei pro filio sicut [illegible]
Si ista tria non fecit i. si nec ipse eam humiliauit. s. sine omni eam [illegible]
habuit nec filio eam accepit more ancillarum gratis egredietur et [illegible]
precio sibi dato. De homicida.

Qui occiderit hominem volens moriatur. Si vero nolens confugiet ad [illegible]
Quarum de sex ciuitatibus refugii et ibi saluabit animam suam [illegible]
datur a propinquis occisi et erit ibi donec per iudices ciuitatis eius [illegible]
tum reconcilietur vel vsque ad mortem summi sacerdotis tunc et secure [illegible]
ad propria. Per industriam et occiderit etiam ab altari meo euellatur [illegible]
ab [illegible] legis. Instituit autem hanc ciuitatum nos habemus loca [illegible] dicunt
[illegible] immunitatem [illegible] quod ille. Seruatur etiam hodie volens homi[illegible]
et aliis fugitiuis cum quadam exceptione faciunt. Si enim per homicidium [illegible]
in ecclesia vel furto vel huiusmodi confugiat ad ecclesiam dicunt eum [illegible]
lum pro peccato suo et domus sue. Tollebatque de sanguine hirci et [illegible]
et plenum thuribulum prunis tollens quoque [illegible]
bat intra velum tantumque imponebat thymiamatis ut nebula [illegible]

[illegible] mulieri emoroysse a domino dictum est vade et amplius noli peccare [illegible]
morbus accideat. Nota dicunt medici quod si quis dormierit cum muliere [illegible]
menstrua si puer concipitur [illegible] x. annos leprosus erit. Si vero [illegible] die menstrui [illegible]
xx. et sic usque ad septimum diem. Ideo distinguendum est illis septem diebus.

operiret oraculum ne forte visa maiestate domini moreretur. Aspergebat
quoque septies digito de sanguine coram propiciatorio ad orientem. Eodem
etiam modo aspergebat [struck] pavimentum. Sicut quoque aspersione sep
temque expiabat sanctuarium coram et pavimentum fundebatque de eodem san
guine super cornua altaris aurei et aspergebat illud septies digito ex
pians totum tabernaculum et altare ab immundiciis filiorum etiam contra
ris sanctificacionibus eorum id est a contagio quod contraxerant positum in medio
permixtum. Nullusque erat cum eo in tabernaculo cum ipse expiabat.
In quem modum etiam semel in anno lavamus altaria vino. Et non
quod hic legitur sacerdotem egredi de oraculo ad altare et sic pu
quod erat extra. Nec post dicitur cum ingressum ad altare coram tabernaculo cum
dicitur hic altare quod est coram domino et post hanc expiationem offe
rebat sacerdos ad hyrcum viventem ponensque utramque manum super
caput eius confitebatur generaliter omnes iniquitates filiorum Israel et specia
liter capiti eius. Ponebat autem etiam ut tradunt quidam cartam inscriptam
peccatis populi super caput eius. Mittebat eum in desertum per hominem ad hoc
paratum. Tradunt Hebrei quorundam [struck] ad hoc specialiter ad ho
minem medicinaliter eius splene subtracta ut sic expiarentur et populus
a peccatis illis quoniam quod per ignoranciam et fragilitatem commiserat [illegible]
que secum ferebat hyrcus. Qui quia emittebatur non rediturus a po
pulo grece dicebatur, latine emissarius. Cum autem dedisset Aaron
hominem cum hyrco extra castra redibat ad tabernaculum testimonii
depositisque vestibus lineis in quibus expiaverat sanctuarium et emissum
hyrcum lavabat carnem suam in loco sancto et induebatur vestibus suis
scilicet pontificalibus et preciosis et offerebat arietem in holocaustum et adipem
vituli et hyrci pro peccato tenens quod eum remiserat. In hunc modum
pontifex ewangelicus in aspersione basilice quam dedicat quasi in expi
acione lineis et minoribus vestibus indumentis etiam in sabbato sancto bap
tismali in consecratione fontium et in missione cathecuminorum cum
ad missionem accedit altaris pontificalibus et preciosis vestibus
infulatur. Vitulum quoque et hyrcum de quorum sanguine facta est expiacio
efferebat extra castra et comburebat igni tam pelles quam carnes eorum
et fimum. Incendebat sacerdos ignem qui illa devorat. Mutatis
prius vestibus et post insurgens lignum cedrinum ysopum et coccum
tinctum quia hec in purificacionibus valebant. Et tunc rediens lotis
vestibus et veste sua ingrediebatur castra et immundus erat usque ad
vesperum. Set et ille sacerdos qui remanebat ad ignem ut consumi faceret
omnia usque ad cinerem. Hic est qui supra erat non erat nisi lotis vestibus
et corpore intrabat castra et immundus erat usque ad vesperum. Sed et ceteri
sacerdotes qui colligebant cineres reservandos ad aquam aspersionis non
nisi lotis intrabant castra et immundus erat usque ad vesperum. Ex hiis
cineribus fiebat aqua aspersionis qua per totum annum purificabantur
immundi. Unde difficile est invenire cum hinc cinis fieret ad purificandum
eos immundos esse. Illi quidem cum tractabant ut dictum est immundi erant. Cum
dicit etiam hoc sacramentum quod scilicet religione victime appellet.
Sic et qui extra castra dimiserat in desertum scilicet hyrcum immundus de quo cum facile

Nota distinguit hic Moyses quod sacrificium fiebat pro delicto et pro peccato, ut sit delictum quod fit per industriam,
peccatum quod per ignoranciam. Vel delictum quod fit in deum, peccatum quod in proximum. Vel delictum in dimittendo,
peccatum in committendo non faciendum.

cinerem vaccae. Et e vestigio hos cineres fecit amari. ut mos [...]
crisma. Audivi cum hebrei dicunt eos valuisse et durasse per
plures annos nec factos nisi cum deficiebant. De purificatione

leuit. 14°. His cineribus purificabantur immundorum leuit. 14°.
immundi in hunc modum. Si quis tangebat cadaver hominis qui
in tabernaculo vel in agro occisus aut per se mortuus vel sepulchrum ho[minis]
eius immundus erat .vii. diebus. Tabernaculum in quo mortuus erat ho[mo]
vniuersa que ibi erant vasa immunda erant .vii. diebus. Tollebat
vir mundus cineres combustionis mittebatque super eos in vas aquas
viuas. tingebatque ex eis ysopum et aspergebat ex eo tentorium
vii°. tentorium et omnem supellectilem et homines huiusmodi conta[...]
pollutos et lotis vestibus et corpore mundi erant. Si die tercia
non fuerat aspersus immundus die vii°. non mundabatur. Forte aliqui
perpiciebatur(?) quod die tercia non fuerat aspersus computabatur alter [...]
quorum tercio aspergebat. Si quis autem sic non expiabatur peribat de me-
dio ecclesie quia polluebat sanctuarium .i. et anima eius peribat de [...] purifi-
peribat et arcebatur ab ingressu loci sancti. Sed et ille qui purifica-
bat immundum aqua huiusmodi quia tetigerat cineres lauabat vesti-
menta sua et immundus erat usque ad vesperum. De immundiciis quibus
immundus homo per diem tantum. ut per illusionem nocturnam. vel quia dormivit(?)
cum uxore. non credimus hominem huius cineribus expiari. Sed fa-
mus de immundiciis .vii. dierum quia die tercio et vii°. legitur
expiacio talis. De expiacionibus que fiebant cum muneribus
oblatis ut supra de leprosis dictum est et viro seminifluo(?) et mu-
liere sanguinaria. quia legitur eos numerare vii. dies et [...]
rificari. credimus die tercio et vii°. huius aquis expiari [...]

leuit. 18. Tradidit etiam dominus filiis Israel de matrimonio leu[it.]
Israel multitudinem preceptorum recapitulando priora et superad-
dendo noua de quibus non nisi illa perstringimus que ad intellectum
etiam lectionis sacre scripture sunt necessaria. Sane prohibuit ut nullus
homo ad domesticam sui carnis accederet. nec reuelaret turpitu-
dinem eius .i. discooperiret et inspiceret pudenda ipsius. In primordio
primum coniugio propter hominum raritatem solum duas personas excepit(?)
sit dominus a coniugio dicens. propter hoc relinquet homo patrem et matrem
.i. nec filius matri. nec pater filie copulabitur. Sub lege autem
excepit que sunt fere .xvi. Mater. nouerca. soror. neptis. amita. ma-
tertera. uxor patrui. nurus. uxor fratris. sed suscitacione [...]
priuigna. filia priuigni vel priuigne. soror uxoris. Man[ifeste] Carnalia(?)
conclusit(?) ut multiplicarentur homines et replerent terram.

leuit. 19°. Coitum quoque cum masculo et iumento et residuum preceptorum leuit.
sub comminacione mortis prohibuit. Nec etiam colligent spicas
relictas nec racemos remanentes nec grana decidentia sed relinquent pau-
peribus terre. nec opus mercenarii usque mane retinere. nec accipe[...]
diliges amicum sicut teipsum precepit sicut ibi legitur. Proximum [...]
Sompnia auguria diuinaciones obseruari prohibuit. nec ca[...]
seri diuerso semine. nec iumenta diuersi generis coire. nec vestem(?)
duobus contextam indui. nec comam in rotundum tondere. nec
barbam radi. nec carnes super mortuo incidi. nec figuras aliquas [...]

Crimen habet noctis pollucio si meruisti. Crimen(?) aut primo meditantis [...]
Si minuit vacuum(?) sit vel faciat. Crimen abest tua si non [...]

stigmata i carne sua fieri cum quibus et stilibus ad littam subitelli
gendu e. scz mitu gentiu et maxime egyptiorum cum quibus habitauerat
. sicut et dauid nullam legitur habuisse · sup qua positi e sa
lomon et delatus ad fontem gyon ad ungendum · hic egyptus omn
gener veneratus mos e deorum i honore diuersorum deorum quos pu
tabant tribubus preesse · diuersi sacia i agro diuersis maculas i veste
preferebant · dimposit etiam circimos capitis diuisis diis facientibus
unde et i principio horum preceptorum dixit dns · iuxta consue
tudinem terre egypti i qua habitastis non facietis et iuxta morem
regionis ad quam vos introducam non agetis · Addidit etiam spa
le preceptum cum ingressi fuerint terram promissionis ut auferent preputia arborum
quas plantauerint · quod que exponendo subdit · Poma que germinant
immunda erunt vobis · hoc tamen non e i hebreo · Et videtur velle quod fructus
arborum primorum trium annorum immundus esset et abiciendus · fructus autem quarti
anni sanctus domino et ceteris pauperibus sed i quinto anno et deinceps
dominum sui esset et esibiles · De tribus generibus panum · leuitici · 20 · leuit · 20 ·
Ad euidenciam eorum que hic i leuitico traduntur sciendum e sacerdotes
habuisse tria genera panum · Panes · s · sacerdotales leuiticos
laycos · Sacerdotales erant propositionis que de publico sumptu fiebant
quos non licebat ede nisi solis sacerdotibus · Panes leuitici qui et
offertorii quibus soli de genere leui vescebantur · et qui propter maculam non
poterant ministrare et filia familias sed non vxorata vel vidua vel
repudiata nisi necessitate rediret ad domum patris ut esset quasi filia fa
milias · His non vescebantur aduena · inquilinus · i · manens quasi exsul
mercenarius sacerdotis · verna tamen ~~vel empticius~~ · i · famulus nati domo
vel empticius ipsius vesci poterant · Layci · i · ceteri quibus quicumque poterant
vesci · De ~~pena blasphemie leuitici~~ · De simonia sacerdotum · leuit · 21 ·
De simonia quoque sacerdotum agens dns primo de moribus sacerdot
ne contaminaretur i mortibus ciuium suorum ut etiam principes
populi nisi tantum super patre et matre filio et filia fratre et sorore virgine
ne · s · lauaret vel sepeliret vel plangendo tangeret mortuos alios
nec tamen alius prohibitus eis introduxit vxores · sed nec habere concubinas
nec i vxore ducere scortum · nec captiuam nec ancillam nec viduam nec
repudiatam nec eas que de cauponibus et palacinibus · i · apothecis
venalibus viram agitant · Pontifice vero ad nullum omnino mortuum ingre
di voluit · Vnde et dns propter · nullius exequiis interesse dixit · nec vxorem
ducere nisi virginem et tamen de populo suo · sed nec prouinciam dimittere debebat prouincia
ministros urbis excedit · In eode vero precepit ne sacerdos i diebus in
quibus sic eum ministrare debet · vinum ~~vel~~ biberet aut omne quod inebriare potest
ut sciret discernere inter sanctum et prophanum mundum et immundum et doceret filios
israel legitima que locutus erat dns et ne sacerdos dum quis immundus
esset accederet etiam ad comedenda ea que offerebant filii israel · Patet si sa
cerdos euangelicus cotidie ministrat · assiduam debet habere mundiciam
Addidit etiam dns de solempnitatibus legalibus · sed quia plenius de eis leuit · 22 ·
i libro numeri diffinit et nos ibidem de eis prosequimur · De pena blas
phemie leuit · 23 ·
Egressus autem filius mulieris israhelitidis quem pepererat de egyptio iurgatus e cum viro
israhelita · blasphemauit nomen dei israel · maledicens que moyses

Sanctus Aug. blasphemia e i dicendum exprobracio · quando deo attribuitur quod ei non conuenit
vel quando quod ei conuenit asseribitur creature ·

reclusit in carcerem donec super hoc consuluisset dominum. Qui ait ad Moy-
sen. Qui maledixerit deo suo omnes qui audierint manus suas po[nant]
super caput eius quasi contra ipsum testificantes et eductum extra castra la-
dabit eum omnis multitudo sive civis fuerit sive advena. De ta[lione]

leuit. 24. Subiunxit et dominus de talione ne legis leuitici vicesimo
ut qui lederet hominem in eundem modum lederetur quo lesit eum. ut red-
deret animam pro anima, oculum pro oculo, dentem pro dente. fracturam pro frac-
tura. livorem pro livore adustionem pro adustione. Non quod talio vendi-
caretur in furtis rerum sed tantum in lesione corporum. quia furta restitu[ebantur]
in duplum vel quadruplum. Determinabatur tamen talio per necessitatem
ledens mulier viri in virilibus puniebatur manu qua vir[ilia]
lesit. et vir ledens pregnantem ut faceret abortivum reddit ad [arbitrium]
tubarum pecunia. Incertum autem est utrum talis compenderetur usque ad
vel cum iniuriatis tantum locum haberet. Qui vero iniuriatus fuit in iudice ho-
ulcisci forte nisi haberet quod ad civitatem refugium fugiebat
non volens ne occiderent agnati occisi. De observacione iu[bilei] leuitici 25.

leuit. 25. Addidit eciam dominus de observacione iubilei que post quinquagesimam
septimam ebdomadam annorum sequebatur ad cuius presignacionem cla[ngebatur]
annis precedentibus ut tradunt quidam in singulis neomeniis a di[versis]
tubis mense VII. decima die in universa terra. In hoc anno omnes empti-
ones rerum ad pristinos redibant possessores preter domos que in ur-
bibus muratis quas tantum primo anno vendicionis vendere li-
me licebat exceptis domibus levitarum que in quocumque essent
in iubileo redibant. Eodem anno quiescebat terra. debita remit[tebantur].
Eodem anno liberi servi dimittebantur. nam licet essent ...
noluit eos dominus servire in eternum ...
logum. Iosephus dicit quod in iubileo conveniebant venditor agri
emptor et reputabant fructus et expensas in agrum factas
bus exuberasse compertis venditor recipiebat agrum. si vero ex-
cessisse dederit hoc quod deerat recipiebat emptor et a possessi[one]
discedebat. Hanc tamen computacionem fieri ante annum iubileum
si venditor vellet prius revocare quod vendidit. Ita leuitici ...
cum usque numerum annorum usque ad iubileum maiori minori ve ...
bear agrum vendi ne venditor gravaretur si modico venderet ...
annum supersessent usque dum reciperet quod vendidit. et ne gravaretur
si iubileo emeret quod in proximo amissurus erat ...
fructuum et expensarum infra iubileum addidit quod si venditor agrum
supereit expensarum reddere non poterit habeat emptor agrum
iubileum in quo et omnis vendicio redibit ad pristinum possessorem
aut sic voluit dominus vendi ab eis sub condicione recipiendi ...
erat et non meorum. Alienigenas autem servos voluit eos ...
possidere. De benedictionibus et maledictionibus leuitici vicesimo

leuit. 26. Talium preceptorum observatoribus promisit dominus benedictiones
dabo vobis pluviam temporibus suis etc. ubi XXXV clausule
missionum invenitur transgressoribus vero longe plures ...
maledictiones. De decimis et votis. leuitici vicesimo se[ptimo]

leuit. 27. De decimacione animalium quod decimum veniebat vel nasceba[tur]
mutandum sanctificabatur domino nec mutari licebat in melius

Vilius animal quod vouebatur domino non licebat immutari. Si quis quod vouerat
immutaret surgerent et immutatum erat domini. Sed distinguendum est de hu-
iusmodi votis. Aliquando enim sic ex voto aliquid sanctificabatur domino quod
anathematizabatur illud non poterat vendi a sacerdotibus nec
alienari. Quandoque sic non obligabatur votiua. Sed poterat a sacerdotibus
vendi determinato precio secundum vtilitatem que ex hys poterat prouenire sine
esset animal vel fundus. Qui tamen voto dedit si volebat illud emere sup-
estimacionem pro quo alius daret addere quintam eius precii. Quod ideo
statutum est ne qui vouit aspiraret. quasi primam ducens. ne etiam
dignitorem se alius putaret in empcione eiusdem rei quam eam dedit.

Historia numerorum prologus.

Quarta huius historie distinctio
hebraice dicitur vagedaber quod sonat et locutus est apud nos quia
non habet. Romei greci non habemus in scripturis nostris. Ma
grece aresmoth dicitur. latinum est liber numeri vel numerorum. vel quia numeri
populi. Vnde dici solet legitur hic in numeris. Merito autem hoc nomine est
sortitur quia a quatuor hic principaliter numerantur de omni populo. Viri apti ad
arma ferenda. primogeniti. leuite que etiam bis numerantur. mansio-
nes per quas profecti sunt. Sed non mulieres nec minores viginti annis
nec vulgus promiscuum non debiles ad bella numerantur. Ad hanc
partem historie sic transit iosephus. Moyses peractam constitucionem legum
dum sub syna morarentur a deo cognouit et hebreis scriptum tradidit.
Cuius etiam legislacionem hoc sufficere putauit ad exercitum militarem
curis vna consultus est et numeratur populum. capita pugnare valencia.
Moyses dicit dominum super hoc sibi locutum fuisse dicens. locutus est
dominus ad moysen in deserto synai in tabernaculo federis prima die
mensis secundi. anno secundo egressionis de egypto. Et non quod premittit
hic eciam que facta fuerunt in primo mense anni secundi. scilicet oblacionem. prin-
cipum quam fecerunt singuli singulis in dedicacione tabernaculi. et
solempnitatem phase que alio nomine dicitur pascha in deserto. et for-
te de sanctificacione leuitarum. De hys tamen supra agetur per recapitu-
lacionem.

Priorum virorum numerus. numeri primo.

Prosequentes ergo ordinem libri dicimus. quod moyses et aaron
et principes tribuum ex precepto domini anno secundo mense secundo prima die
mensis numerauerunt viros sub tribu leui a .xx.o anno et supra. Iosephus
tamen ponit. scilicet vsque ad quinquagesimum annum et militari sub pugnaturos
et familias et domos et nomina et capita singulorum. Hec autem quinque ad
sculptacionem tamen quidam posita tradunt et hic et in iosue. Sed congrue
distingui possunt. Generaciones vel cognaciones vocat hic tribus ipsas. pro-
familias que ex vno filiis patriarcharum primo descenderunt. Vbi gratia in
vna tribu leui fuerunt tres familie. Caathite. gersonite. merarite.
Vnaquaque familia multas habebat domos in quibus erant presfamilias
erat. Quod addit nomina et capita in iusticie legendum est. i. capitum
nomina. scilicet singuli homines in eadem domo. Fuerunt autem in summa sexcenta
tria milia. quingenti. quinquaginta. de excubiis circa tabernaculum. numeri secundo.

Precepit etiam dominus ut sic ponerent tabernaculum in medio castrorum
et filii israel per gyrum excubarent per turmas et cuneos quod pro-
uidem hic describitur. Turma enim quelibet .xxx.a milium est et dicitur cuneus.

Ysachar et zabulon et iudas solis ad ortum. Excubias faciunt ruben symeon gad ad austrum.
Beniamin et manasses effraym sunt occidentales. Dan asser neptalim quoque filii sunt septemtrionales
Inde domum domini leuite circumerant. Solis ad ortum moyses aaronque fuerunt
Inde sub eliezer ad meridiem caathite. Solis ad occasum gersonite. merarite
Ad boream seruitur. ythamar custodit vtrosque.
Sed chat. merari durissima. mollia gerson. Vasa ferunt iuuenes quia sunt fortes labores
Hos custodes lex iubet esse senes. Custos vasorum custos est hic tabernaculi
Quem nisi maturum non decet esse virum.

quicumque conuehens multitudo. Excubias eciam large hic accipit. Ex…
et ipse dicuntur vigilie noctis. Terne tribus per circuitum preter tab[ernaculum]
excubabant ita tamen remoti ut maximas in medio plateas habe[rent]
Erat quasi ornatus qui fori rerum venalium singulis in ordine constitu[tis]
Opifices eciam artium in stacionibus suis erant. ita ut urbi consp[icue]
edificate castra eorum simillima viderentur. Judas autem ysachar et zab[ulon]
castrametabantur ad orientem. Ruben symeon et gad ad meridiem. Ef[fraim]
beniamin et manasses ad occidentem. Dan asser et neptalim ad aquilo-
nem. Inter tabernaculum vero et castra ~~leui~~ excubabant leuite in tabern[aculis]
suis propinquiores tabernaculo quam castris. Et excubabant filii per quat[uor]
plagas. Moyses et aaron cum suis ad orientem. reliqui ab…
elite ad meridiem sub custodia eleazar filii aaron. Gersonite ad
occidentem. merarite ad septentrionem. et erant sub custodia ythamar…

Num. 3°

Separauit sibi dominus tribum leui **De commutatione primogenitorum** …
pro primogenitis que tunc habebat. et numerata leuitarum … primog[enitorum]
numerorum. quasi commutationem faciens cum populo. Primogenita enim…
lis tunc erant sua. quia cum occidit primogenita egypti pepercit pri[mogenitis]
eorum reseruans ea sibi. Deinceps tamen precepit idipsum omnia primogenita…
ficauit sibi in eternum et maiorem quia primicie cum ceteris frugibus fructuum…
domino. Pro ergo primogenitis que tunc habebat. tulit sibi tribum leui…
ta. et populus primogenita illa habuit plenitudinem et numerum…
me duodenarius numerus tribuum minueretur. tribum manasse qui pro leui…
stituit. Effraym vero pro ioseph. Ne autem maior videretur numerus…
quam primogenitorum et ita inique esset commutatio ait dominus ad moysen…
filios leui masculos ab uno mense et supra. Et cum numerati ess[ent]
sunt viginti duo milia. Nota tamen quod si diligenter attendas in libro…
numerum eorum per familias inuenies viginti duo milia et. ccc…
quia. ccc. in eis primogeniti erant et ita iam erant domini. Iterum ait dominus…
sen. Numera primogenitos primogenitos masculos a mense…
et inuenti sunt viginti duo milia. cc. et lxxiii. Tulit autem moyses…
cio ducentorum septuaginta trium qui superarant per singula capita…
ad mensuram sanctuarii. et dedit eos aaron et filiis suis…

Num. 4°

Tenuit autem dominus **De etate ministrancium in tabernaculo. et de …**
ad moysen. Numera leuitas a xxx anno usque ad quinquagesimum…
in ~~tabernaculo~~ … hii in tabernaculo in duobus. portando colloc[ando]
… in sanando et custodiendo. Et cum numerati essent inuenti sunt…
lia. quingenti. lxxx. Alibi tamen dicuntur a xxv anno et supra…
annorum in ordinatione sacerdotum non obseruamus. Isti deferebant…
in hunc modum. quia non licebat eis que erant ultra velum nudari vide[re]…
bant sacerdotes et inuoluebant archam propiciatorium et cherubin…
velo quod ante pendebat et post pallio iacintino. Eciam candelabrum…
altare et mensam cum vtensilibus suis palliis inuoluebant. Tunc…
caathite propriis humeris omnia hec inuoluta deferebant. filii…
holocausti cum vtensilibus suis ut quibusdam videtur. Gersonite…
dicamus deponentes tectum tabernaculi mollia ferebant in curru…
scilicet cortinas sagi. pelles rubricatas et iacintinas. tectorium…
ante tabernaculum. cortinas atrii et funes et vasa ministerii…
altare ereum portabant. De altari holocaustorum tacet…

ferebat. Potest dici quod vasa eius ferebat Gersonite ut in libro habetur. ipsum altare
caathite. Ius hymnorum ferebat. Merarite ut habetur dicitur omnia
tabernaculi et atrij que dura erant tabulas vases vectes columpnas
papillos et ferebat ea curribus. Quatuor enim erant levite non sinebat
se in ope. Sed posito tabernaculo sedebant custodes. Sed quia illi altare
mundabant cinere. dicitur quod caathite portabant altare holocausti et vasa
eius. Potius tamen potest dici quod Gersonite portabant vasa ministerij. non alta
ris vasa. Forte vasa aliqua in quibus ponebant ea que portabant prime
ad altare et illa vasa ponebant super currus. Vasa ministerij altaris
vocantur aliqua in quibus ponebantur vasa altaris id est in quibus ministrabant al
tari. Vel vasa illa in quibus ponebant ea que ponebant in vasis quibus ministra
bant ad altare.

De quodam modo reddendi aliena. Nu. q°.

Tunc precepit dominus per manus sacerdotum eici a castris leprosos et se
mine fluentes et ferri cetera. Addidit quoque de reddicione rei alie
ne ut fieret cum quinta parte capitis. Sed quia in exodo videtur dici contrarium. scilicet ut
in quadruplum redderetur ideo hinc inde distinguimus ut hic solvemus. Et
dicimus quod aliene rei possessio aliquando fiebat ex industria furto vel
rapina. aliquando per ignoranciam aliquando negligenter. De re sublata fur
tim in exodo dicitur quod restituatur in quadruplum si perierit res. Quod si inventa
fuerit in duplum. Si ibi legis. v. boves pro uno. alia restitucio est secundum legis
et quadruplum veritas dicitur ~~Zachei [illegible]~~ ex verbis Zachei
supra. De sublata per ignoranciam agitur hic ut reddatur caput et quinta
pars. Si vero non esset qui reciperet redderetur domino et esset sacerdotis. Pro
furto vel negligencie fiebat aliqua oblacio secundum quantitatem rei. Pro
hoc dicitur aurum et argentum reddi in duplum. iumenta in quadruplum. bo
ves in quintuplum quia quanto possidet ceteris utilius tanto amittitur dampnosius.

De iudicio zelotipie.

Addidit quoque dominus de lege zelotipie. Zelus proprie dicitur amor viri in uxorem
pro quo sustinere non potest ut alij misceatur. Unde et vir dicitur zelotes.
Zelotipia vero quandoque dicitur mechia et zelotipus adulter. Solet quoque zelotipia
dici sola suspicio adulterij de quo legitur hic in hunc modum. Si spiritus zeloti
pie concitaverit virum contra uxorem suam que polluta est sed probari non potest vel que
falsa suspicione appetitur adducet eam ad sacerdotem et offeret pro ea assarium
farine ordeacee quod est decima pars sati non fundet oleum nec thus super
eam. Sacerdos autem statuet eam coram domino. et ponet in manibus eius vas
fictile aquas vivas et oblacionem farine pugillum thuris id est
de pavimento tabernaculi et mittet in aquam pulverem de pavimento ta
bernaculi et nudabit caput eius scribet quoque in membrana ut dicit Iosephus
dei vocabulum. faciet quoque eam iurare quod nichil viro suo nocuerit in his
que sibi obiciuntur. Quod si hoc viro non sufficiet. subdet sacerdos maledictio
nes certas scriptas in membrana et dicet. Si polluta non es de stro viri
tuo non te noceant aque iste amarissime. Si autem declinasti a
viro ingrediatur aqua maledicte ventrem tuum. et ipsum tumescere faciet
et putrefiat femur tuum dixerunt. et dicet mulier amen amen.
Et delebit sacerdos eas in membrane scriptura in aquis et dabit ei bibere
et tunc tollet sacerdos de manu eius sacrificium zelotipie et elevabit
illud coram domino et ponet super altare. Quod si rea est adulterij mu
lier putrescet femur eius et uterus tumebit in ydropisim non tamen

Zelus amor est sic. est sic ymitatio zelus
zelus suspicio. zelus et invidia.

Argumentum quod vir in sua accusacione
non debet negare debitum uxori pro sus
picione adulterii.

sterilis, scilicet usque ad x. menses. Et si polluta non fuit, innoxia erit et sepe concipiet et pariet masculum x. mense. Hec aque dicebantur sancte propter nomen domini dilutum in eis. et dicebantur maledictionis propter ... congestum in eis et amarissime propter effectum quem quandoque sequebatur ... lege introductum fuit ad duriciam cordis eorum. sicut primum ... ependy que propria erant ad effusa domini sanguine. De stemonia nazareorum. Numeri ...

Locutus est dominus ad moysen de lege nazareorum. Nazareus sonat sanctus vel floreus vel germinans. Dicebantur nazarei quidam qui ex voto obligabant se stemonie usque ad certum tempus ... iugiter ut samuel et consecrabant se domino et qui se separabat a ceteris ... sicut quis modo per annum vel duos ex voto fuit in hospitali ... ris eorum lex erat hec. Omni tempore separationis sue novacula non transibit super caput eius. Unde forte quidam putaverunt apostolos ... non in re sed per scripture. Nichil quod inebriare potest bibebat. Nec aliquid quod esset ex vinea ab uva passa usque ad acinum. Ad mortuum ingrediebatur. Quod si mortuus esset subito coram eo pollue... capud consecrationis sue et illico radebat caput suum et in die viii. offerebat par turturum aut duos pullos columbarum quorum ... cedos faciebat pro peccato alterum in holocaustum. diebus quos fecerat infectis erit. et voti sui stemonia iterum reincipiebat non ... mortuo sed pro occiso coram eo polluebatur. Completis autem ... ti offerebat agnum anniculum in holocaustum ovem anniculam pro peccato ... te hostiam pacificam. Et non enim ita simpliciter posuit arietes quod hebrei ... ad minus duorum annorum eum debere esse. canistrum quoque ... morum exceptis hiis que sponte offerebat ... oblacio dicitur corban .i. munus. et offerebat mulier ... si poterat. vir quinquaginta. sin autem ad arbitrium sacerdotis ... Cumque immolarat hostias sacerdos ritu suo radebatur nazareus ... tum tabernaculi. ponebatque sacerdos crines eius in igne sacrificii ... ad communem vitam homo redire poterat. De benedictione super populum.

Hinc patet quod ministri ecclesie non debent publicis spectaculis interesse quibus homines possunt de facili mori.

Iterum locutus est dominus ad moysen. Aaron et filii eius invocabunt nomen meum super filios israel et ego benedicam eis. Invocabunt autem sic. Benedicat tibi dominus et custodiat te. det tibi pacem et ostendat faciem ...

Num. 7. Factum est autem in die ultima. De oblacione xii. dierum et de ... qua unxit moyses tabernaculum et sanctificavit illud .i. ... et sanctificationem consummavit .i. finivit. Optulerunt autem principes tribuum in altaris sanctificatione ut hebrei ... vi. plaustra ... ta cum xii. bobus. singuli boves unum et bini plaustrum unum ... sunt duo plaustra gersonitis ad ferenda onera eorum de quibus ... et iiii. data sunt meraritis postea singuli singulis diebus ... vasa altari necessaria. Duodecim enim diebus solempnitas dedicationis ... lata est. Prima die optulit naason de tribu iuda acetabulum argenteum. c. xxx. cyclorum. hebreus habet scutellam phyalam quoque ar... lxx. cyclorum utrumque plenum simila. In phyala thymiama ponebatur ... mortariolum quoque aureum. x. cyclorum plenum incenso. In hoc vase ... bastin. hebreus habet coclear. quo scilicet thus in thuribulo ponebatur ... et arietem et agnum anniculum in holocaustum. hyrcum quoque pro ... in sacrificio pacificorum boves duos. arietes quinque. agnos ...

los · quinque. Eiusdem modi vasa et easdem hostias obtulerunt alii principes quisque in die suo · et sic tradita est dedicacio · xii · diebus. Patet per recapitulacionem hoc dici. Octaua enim die mensis primi, sicut littera videtur sonare, inchoata est dedicacio. Septem enim precedentibus diebus eiusdem mensis consecrati sunt sacerdotes et inunctum est tabernaculum secundum modum dedicari. Si vero ita est, tunc consecracio sacerdotum et dedicacio tabernaculi preclare sunt · xviii · diebus. Itaque non fecerunt phase eo anno ex preceptio, scilicet die · xiiii · quod tamen preceptum fuit eis a domino primo die eiusdem anni. Ideo quidam dixerunt in predictis vii · dies consecracionis sacerdotum fuisse finales primi anni et prima die secundi vnctum tabernaculum · xii · die finita dedicatione · xiiii · die celebratum phase. Potest tamen dici hanc oblacionem · xii · dierum factam secundo mense anni secundi, nec per recapitulacionem hoc dici. Et vero legitur eo die impleta oblacio quo vnctum est tabernaculum, ita et vii · die secundi mensis inchoata est hec oblacio, et sic septimus primis diebus anni tunc sacerdotes et tabernaculum consecrata sunt. Vel plane dici potest quod eadem die, scilicet prima die mensis, inchoata sunt vnctio sacerdotum et tabernaculi et oblacio principum et euenerunt simul per vii · dies, post quos oblacio secuta est · v · diebus, et hoc totum ante phase, et · xiiii · die consecrati sunt leuite, et · xiiii · die celebratum est phase.

Anticipacio est enim post factum primo dictum. Recapitulacio enim primo factum postea dicitur.

De consecracione leuitarum · Numeri · 8º

Locutusque est dominus ad moysen. Tolle leuitas de medio filiorum israel et purificabis eos ritu. Itaque secundum preceptum domini leuite primo aspersi aqua lustracionis, rasis quoque omnibus pilis carnis sue vbi non includitur capilli, lotis etiam vestimentis steterunt coram domino ad ostium tabernaculi, conuocata omni multitudine, ponentes quoque manus suas super eos filii israel. Obtuleruntque eos aaron munus domino ut seruirent in ministerio eius. Obtulerunt quoque leuite boues duos, quorum alterum fecit aaron pro peccato, alterum in holocaustum, et sic separati fuerunt domino a filiis israel. Omnia habuerunt possessiones suas ea que domini erant de decimis, et viuebant et de his omnibus vestiebantur cum domo sua mundi tamen. Sacerdotum vero erant sacrificia, primicie, primogenita, preter oblata pro peccato, que sacerdoti solum ipsi cedebat. Decimam decimarum suarum dabat leuite sacerdoti et de melioribus dabat. Ideo forte non habuerunt in terra hereditatem quod ad melius eis cessit. Tunc enim tamen duodecimam pre ceteris habebant, non habebat decimam.

De his qui non potuerunt facere primo mense fasciat 2º · Numeri 9

Locutusque est dominus ad moysen anno secundo mense primo. Hic plane dicitur per recapitulacionem hoc dici. Faciant filii israel phase tempore suo · xiiii · die mensis huius ad vesperum. Et fecerunt phase. Erant autem quidam immundi super animam hominis, id est super hominem cuius anima de corpore eius recesserat, qui non poterant facere phase, et dixerunt ad moysen: Immundi sumus, quare fraudamur ne valeamus offerre inter filios israel? Forte indignati hoc domini. Qui respondit: Homo de gente vestra qui fuerit immundus super animam hominis siue in via procul, faciat phase in mense secundo · xiiii · die, omnem ritum phase obseruans. Si vero fuerit mundus et in itinere non fuerit et tamen non fecerit phase, peribit anima eius de populis suis. Peregrinus quoque et aduena si fuerit inter vos faciat phase domini. Si queritur si quis in mense secundo immundiciam non posset facere phase, quid faceret? Potest dici quod tercio faceret quod in vno. Vel forte si de mense eo anno non faceret

non peccaverat. **De tubis argenteis et modo clangendi cum eis.** Num[eri] [illegible]

Locutus est dominus ad moysen. Fac tibi duas tubas argenteas duc-
tiles quibus convocabis multitudinem. Has tubas habebant
in usus ad vocandam multitudinem, ad movenda castra, ad bella
et festa. Et erat ut dicit iosephus tuba fistula cantatoria, pene
longitudine cubiti, calamo capacior, patens in principio latitudine,
que conveniebat ori ad susceptionem spiritus, quam hebraice dicunt [illegible]
In convocatione vero multitudinis aliquando erat dissimilitudo: ad convo-
candam populi utrique simul clangebant simpliciter. Ad vocandos prin-
cipes semel clangebant, quod dupliciter intelligitur, id est una tantum et uno [illegible]
Etiam addit iosephus quod semel clangebant si principes populi sine [illegible]
etiam sua convocare volebant, vel moyses populum per centurias. [illegible]
movenda erant non simpliciter sed consueverunt ex pluribus tubis clangebant [illegible]
in primo sonitu movebant castra tres tribus que erant ad orientem, [illegible]
secundo que ad meridiem, in tertio que ad occidentem, in quarto que ad aquilonem. Modum
clangendi in bellis non distinguimus, quia forte sicut apud alias gentes
sic fiebat apud eos. Cum etiam habebant sollempne epulum et [illegible]
et kalendis clangebant, sed non determinavimus modum. Sacerdotes autem [illegible]

De recessu israhel a monte synai.

Anno secundo mense secundo
xx° die mensis elevata est nubes de tabernaculo federis et pro-
fecti sunt de monte domini via trium dierum. Dicunt hebrei quod parvulis [illegible]
eos tribus diebus semper quam nube stante
que ad certum locum conveniebant paulatim
quandam circuitus quadam tardius. Sed melius est ut
de hoc itinere trium dierum dicamus quod egressi
sunt de syna et precessit eos nubes nec
quieverunt per tres dies et noctes. Unde
statim inmanuerunt pro labore itineris
quia nec nocte castra posuerunt et tertie
cubuit nubes in solitudine pharan
id est in prima mansione quam fecerunt in pha-
ran. Est enim pharan maxima solitudo,
quam modo sarraceni inhabitant. Quod autem a-
nno primo mense tertio prima die mensis
venerunt ad montem domini, etiam ab eodem
egressi sunt anno secundo xx° die mensis secundi,

Impossibile est quod per annum
et iiii^or dies ibi fuerint,
quinquagesima die a pasch[a]
egressi quia numquam [illegible]
idem est anni precedentis [illegible]
tis, quia numquam contingit [illegible]
anni et anotinum [illegible]
quod est eadem dies quinquagesima [illegible]
quo ab ea die qua [illegible]
lunato anno naturali sunt egressi [illegible]
venissent ad montem sina [illegible]
maii in revolutio [illegible]
ad lunacionem primam [illegible]
eius luna sunt egressi [illegible]
sima die a xiiii luna [illegible]

patet quod in hac mansione que ...... sunt sederunt fere per annum. Et dicunt [illegible]
per annum et quatuor dies ibi fuerunt, quod difficile est invenire nisi fu[erit]
annus embolismalis. Potest tamen dici quod eadem die qua legem acceperunt [illegible]
naturali to anno recesserunt. Cum ergo venissent ad montem ~~iiii° die iunii~~ leg[em] accepissent
~~[illegible]~~ pridie kalendas maii et die tertio maii legem acceperunt, [illegible]
eadem die tertio revoluto anno recesserunt. Patet quia quatuor diebus [illegible]
sederunt ad montem. Et ita tertio mense anni legitimi die tertio [illegible]
Cum in chilomius (?) unum est quod secundo mense secundi anni xx° die egressi sunt [illegible]
plenitudine et accipitur annus ab eis pro naturali. Annus usualis a ianuario [illegible]
licet eorum nobiscum in contractibus suis et negotiis computabatur [illegible]
autem mense huius anni quota die egressi sunt non legitur. Est et apud
eos annus legitimus quo utuntur in legitimis que agunt huiusmodi [illegible]
tertio mense et die ~~[illegible]~~ egressi sunt. Est et apud eos annus emer[illegible]
etiam   et

Aliter ista. Cum ergo venissent ad montem et iiii° die iunii legem accepissent [illegible]
die quo revoluto anno recesserunt patet quia quatuor diebus et anno sederunt [illegible]

In memoriam et liberacionis sue ceperunt annos suos numerare ab exitu
de egypto sicut greci a prima olympiade. romani ab urbe condita
christiani ab incarnacione domini. et primus annus secundo mense. xx. die egressionis
fuit. Iam enim annus a phase usque in phase consummatus erat. et de secundo phase. scilicet xiiii. die
mensis secundi. quinquaginta dies secundo mensis usque xx. diem et secundus iam fecit xx
dies. Hec autem annorum distinctio in multis necessaria est. In hac mansione me
moria est. Dixit autem socer Moysi. Obab filius Raguel et preter Exodi et Leviticum et Numeri precepta non modica descripsit
in quibus locis per desertum castra commode poni poterant prudentes ei de
optimis que tradiderit eis dominus. Quando cum elevabatur archa dicebat Moy
ses. Surge domine et dissipentur inimici tui et fugiant qui oderunt te a
facie tua. Cum deponeretur aiebat. Revertere domine ad multitudinem exer
citus israel. De elecione. lxx. seniorum. Nu. xi.

Ortus est murmur populi contra dominum dolentium pro labore. et accensus ignis
ira domini devoravit extremam partem castrorum illos. scilicet qui longe. Clamavit
que Moyses ad dominum et absorptus est ignis. Vocavitque nomen loci illius
Incensio. tamen non fuit hoc nomen mansionis. In eadem que mansione vulgus
de israel quod ascenderat cum eis. id est servi et ancille egypcii et multi
proselitorum tumultuantes flagrabant desiderio carnium. Carnium nomine non
solum carnes sed aliorum ciborum habundanciam intelligimus. Unde non in evangelica
corum de carnibus legitur cum dixerunt. Recordamur piscium quos comedebamus
in egypto gratis. in mentem nobis veniunt cucumeres pepones porri
et cepe et allea. anima nostra arida est nichil videre oculi nostri nisi man
na. Audivit ergo Moyses populum flentem et intolerabilis res visa est ei que
et ab eo exstans petebat et ait ad dominum. Cur imposuisti pondus populi huius
super me. Numquid ego concepi et genui multitudinem omnem hanc. Ob
secro qui alius providebit aut interficias me. Cui dominus. Congrega
mihi lxx viros de senioribus israel quos meliores nosti ad ostium ta
bernaculi et auferam de spiritu tuo tradamque eis ut sustentent onus populi
tecum et populo dices. Cras dabo vobis carnes usque ad mensem dierum
certam usque ad nauseam. et dicitur large nausea pro vomitu. Ipse enim est
vomitus ille qui exercitat fetore sentine. Ablacio quidem spiritus Moysi
et tradicio aliis non est intelligenda divisio spiritus eius per partes vel immi
nucio. sed illuminacio aliorum ad regendum populum per eandem spiritualem graciam
per quam et Moyses illuminatus erat sicut de igne unius lucerne multi
illuminantur sine sui diminucione. Electos namque lxx viros duxit
dominus ad ostium tabernaculi preter duos qui in castris remanserunt. non ex
contemptu sed quia se reputabat indignos quorum unus vocabatur Heldad
alter Medad. et erant ut aiunt hebrei fratres Moysi ex matre sed
non ex patre. Moyses dicit ex patre non ex matre quia post legem acceptam
Amram mandante Moyse dimisit matrem eius quia amita eius erat
et duxit aliam de qua suscepit hos duos. Sed forsitan hoc nondum erat tum
Descenditque dominus per nubem et iussu de spiritu qui erat in eis qui stabant coram Moyse
et prophetabant. sed et duo qui remanserunt in castris prophetaverunt non
postea siluerunt. id est semper deinceps vocati sunt prophete et reduxit Moyses cum
illis ad castra. De dacione carnium et ira dei super eos Nu. xii.

Ventus vero egrediens a domino arreptans trans mare in insulis orti
gometras detulit in castra et per circuitum castrorum itinere diei

¶ Pena coturnicum dat hebreis vile sepulchrum.
Rome habes vile sepe vacando gule.

∴ Magis solum preter dicta a Moyse lex
ea accepta per cognicionem in spiritu
multo tempore ante quam per dacione for
san per xl annos et isti duo potuerunt
commorari in te. lxx.

ventus volabat quasi a terra altitudine duorum cubitorum. Surgens ergo populus con-
gregavit sibi coturnices et duobus diebus siccavit eas. qui paucissime
choros habuit. Et fuerunt hee coturnices ut tradunt non modice
que apud nos sunt. sed ille maiores quas regie aves dicuntur quasi cu-
a currendo vocamus. Needum defecerat cibus et furor domini percussit po-
pulum plaga magna nimis. Modus vero plage non determinatur. sed
vis quod fuit ignis. sepultique sunt ibi plures qui carnes desideraverant.
et locus ille vocatus est cabrivoth quod sonat desiderii sepulcra. vel
sepulchra concupiscentie. De lepra marie et causa lepre.
Egressi autem de sepulchris concupiscentie venerunt in asseroth et
commorati sunt. maria et aaron contra moysen propter uxorem
ethiopissam. quia rixantes cum eo improperaverunt ei quod reginam ethiopie
uxorem duxerat vel ductam dimiserat. vel potius propter uxorem cuius
q ripparam fuerat contra mariam. Madianitem eam quodam vocant sep-
pes ut legitur in paralipomenon. et indignando dixerunt. Num per solum
et moysen locutus est dominus. Nonne et nobis similiter. Erat enim vir moyses mitissimus
qui locutus est ei dominus. Et statim dominus dixit eis Egredimini vos tres
ad tabernaculum. Cumque starent ibi descendit dominus de columpna nubis
custodis aaron et mariam ait. Si quis fuerit inter vos propheta loquar ei
vel per sompnia vel per enigmata et figuras. Non sic servus meus moyses
qui in omni domo mea fidelissimus est. ore ad os loquor. Ad ipsum ergo dominus
vos ei qui paresificatus. Et recessit nubes et ecce apparuit maria
leprosa. Et ait aaron ad moysen. Obsecro domine ne imponas ei pec-
catum. Oravitque moyses ad dominum. Deus obsecro sana eam. Cui dominus
Si pater eius spuisset in faciem eius nonne debuit saltem dies septem
rubore confundi. Separetur vii diebus extra castra. quasi diceret. Si pater
fecisset eam pro aliquo crimine suo. nonne deberet aliquo tempore verecun-
dia esse. et ita maria extra castra vii diebus nec populus motus est donec revo-
cata est. De .12. exploratoribus numeri .13º.
Egressus est autem populus de asseroth fixit tentoria in deserto
pharan. Non est pharan nomen mansionis sed solitudinis plures mansi-
ones continentis ut in cathalogo mansionum manifestabitur. Continet
enim mansiones ab asseroth que fuit quartadecima usque ad asiongaber
que fuit .xxxii. per quas omnes transierunt in anno secundo.
De asiongaber misit moyses ex precepto domini .xii. viros singulos
de singulis tribubus qui considerarent terram quam possessuri erant.
Precipui fuerunt caleph filius iofone de iuda. et osee filius nun de
effraym. Vocavitque osee iosue hic enim misit moyses. Vel ut
erit quod deinde est ipse iosue per anticipacionem dictum est. quia nunc
impositum est ei hoc nomen. Potest etiam dici quod moyses cum et
aliorum .xii. illi commisit. Cumque vocaretur osee vel iosue. quod in salva-
tore sonat. tunc primo hec nomina ei appropiavit cum salvatore terre
instituit. Precepitque eis moyses ut considerarent qualitatem terre
et urbium et afferent de fructibus terre. Erat quidem tempus quo iam prece-
voce coqui possunt. Qui ascendentes exploraverunt terram et
tres in ebron viderunt tres de genere enach vel enachim
gygantes. quales etiam viderant in tham civitate egypti

Hec sunt nomina .xii. exploratorum quos misit moyses. de tribu ruben semmel. de tribu
zalphaar. de tribu iuda caleph. De tribu effraym ozee vel iosue. De tribu beniamin
de tribu zabulon geldihel. de tribu ioseph. gaddi. de tribu dan amihel. de tribu
stur. de tribu neptalim naabi. de tribu gad. guel. Hec sunt nomina virorum quos
moyses ad considerandam terram chanaan.

numeri 13º

a tham tythanes dci est. Fuit autem ebron · vii · annis edificata ante
urbem thanim bm. Et ab ebron semen gygantum in egyptum descendisse
creditur. Descendentes quoque ad torrentem ad vallem uberrimam venerunt
tulerunt de malogranatis et de ficis loci illius. palmitem cum uva
absciderunt quam pre magnitudine tulerunt in vecte duo viri ob
hoc appellatus est locus ille neelescol . i. torrens botri. De murmure populi
Reversique post dies · xl^ta · venerunt pro quo xl^ta annis periit in deserto. Num. xiii^o.
ad populum suum in cades. De · xxxii^a et mansione iter egressi erant
populus et morabatur in · xxxii^a. Unde quidam tradunt quod de cades missi sunt
exploratores et ibi expectavit eos populus. Hanc mansionem vocat Iosephus
convallem magnam chananeorum. Nos exploratores et ad habitandum difficilem
Et commendantes viri terram quam viderunt addiderunt. Sed cultores for-
tissimos habet · urbes grandes et munitas stirpem enach vidimus ibi
quibus comparati quasi locuste videbantur. Terra quam lustravimus devorat
habitatores suos. quod sic exponit hebreus. Terra infirma est nec habet
firmaces homines. Propter eo quia nulli genti licebat diu in ea habitare propter
frequentes impugnationes supervenientium. Unde prophetia cum servitutem
permanendi illi terre polliceretur. Hoc obprobrium auferendum ab ea dixit. quia
non vocabitur terra cultores suos devorans. In propter et in commendacione
terre dicit quod adeo bona sit quod nullus ex ea peregrinari velit. si quis in ea nascitur
moritur in eadem. Igitur audiens hoc omnis turba flevit dicens. Utinam
mortui essemus in egypto. Nonne melius est reverti in egyptum quam cadamus
gladio et uxores et liberi trahantur captivi. Constituamus nobis ducem
et revertamur in egyptum. At vero Iosue et caleph sciderunt vestimenta sua
dicentes. Nolite rebelles esse contra dominum · i · cum mendacem in promisso videri
cie. Quia sicut panem possumus homines terre devorabimus. Cumque clamaret in
eos alii · x · qui tenuerant populum et omnis multitudo lapidibus eos vellet
opprimere apparuit gloria domini super tectum federis. et ait dominus ad moysen
Quousque non credent in populus hic. Feriam eos et faciam te in gentem maiorem
Cui moyses. Obsecro domine ne fiat hoc ne forte insultent tibi egyptii
et dicant non potuit populum introducere in terram quam promiserat. Cui dominus. Ipso
ubi tunc dimisi. Attamen vivo ego nullus eorum qui viderunt signa que
feci in egypto in mari. s. a · xx^ti · annis et supra. et iam per · x · vices . i · multi
tociens temptaverunt me videbunt terram pro qua iuravi patribus eorum preter
iosue et caleph. Et quoniam amalechites et chananeus habitant in
vos ne impugnent vos. Cras movete castra et redite in solitudinem
per viam maris rubri · xl^ta · dierum quibus terram considerastis · xl^ta · annis recipietis iniqui-
tates vestras. Locutusque est moyses omnia verba hec ad eos et luxit populus nimis.
Et ecce surgentes diluculo dixerunt ad moysen. Peccavimus. Ascendamus parati
summus ascendere ad locum quem promisit dominus. Et moyses ad eos. Nolite
ascendere. non enim dominus vobiscum est. At illi contenebrati sunt dicentes se posse vincere
se pugnantes ascenderunt. archa cum moyse et levitis remanente in
castris. Percussique sunt eos amalechites et chananeus usque ad locum
qui ob hoc vocatus est horma · i · anathema. et redierunt ad solitudinem.
Factum est cum esset in solitudine. De lapidacione colligentis ligna in sab-
invenerunt hominem colligentem ligna in sabbato. quem bato. Num. xv.
reclusit moyses donec consuleret dominum. de quo dixit dominus. Moriatur
homo iste extra castra lapidibus obruetur et factum est ita. De quo punitus hic
finisse salphaat qui et filie eius postea dixerunt. Pater noster pro peccato suo
in deserto mortuus est. Ibidem etiam precepit eis dominus ut per iiii^or partes

· Num^ri · xv ·

palliorum fimbrias ponerent iacinctinas ob recordacionem eciam mandatorum
preceptorum domini observandorum. Has magnificaverunt pharisei [illegible]
ut eciam spinas in eis ligarent ut frequenter eorum punctione ad memo-
riam neglecta precepta domini excitarent. Quadrangula erant iudeorum
pallia. et adhuc in angulis vestis quadrate in synagogis [illegible]
habent fimbrias iacinctinas ob recordacionem legis domini [illegible]
Tunc autem faciebant ut a ceteris gentibus eciam habitu discernerentur [illegible]
nu^i·16· Erat autem chore scismate chore dathan et abiron [illegible]
filius ysuar fratris amram cum vidisset fratruelem suum [illegible]
regnum alterum sacerdocio. alterum ducatum populi invidit et [illegible]
contra moysen et aaron. complices secum habuit. et [illegible]
maioribus. quos eciam dignos sacerdocio preferebat. adiunxit [illegible]
than et abiron pociores rubenitarum. quibus principatum [illegible]
beri dicebat. quia fuerunt de ruben primogenito. Quibus moyses [illegible]
Tollite quisque vestrum thuribulum suum. et eius hausto igne [illegible]
nat thymiamata et aaron vobiscum. et quem elegerit dominus [illegible]
sanctus. Misit ergo moyses mane ut vocaret dathan et abiron [illegible]
dixerunt. Non venimus. Et convocata omni multitudine dixit [illegible]
ad chore et ceteros .ccl. Tollite thuribula vestra et ponite [illegible]
super ea. et state coram domino. Illis autem sic stantibus. descendit [illegible]
cum senioribus populi ad dathan et abiron ut eos vocaret [illegible]
ron ut dicit iosephus ex parte .s. virtutis levitarum erat. Illi autem [illegible]
bus et liberis et omni frequencia domus sue in introitu papilionum [illegible]
rati potius ad resistendum si vim inferre vellet moyses [illegible]
domini. Quod videns moyses orans dominum ut insolitam mortem [illegible]
planum fieret quod dominus eum misisset. Quo orante et flere [illegible]
expavit que populus. grandique strepitu per illorum tabernacula [illegible]
scissa est terra sub pedibus eorum et aperiens os suum devoravit [illegible]
omni substantia sua. et descenderunt vivi in infernum .i. in paradisum terre [illegible]
reducta est terra quia nichil horum factum esse viderunt. Sed et igne [illegible]
est de thuribulis chore et consilii eius tanta quantus nec de [illegible]
vel concursione fluctuum aut violencia spiritu visus est unquam [illegible]
et devoravit eos. aaron illeso stante. Tulitque eleazar [illegible]
bula eorum ex precepto domini igne huc illucque disperso et produxit [illegible]
in laminas. formasque ex eis coronulas affixit eas altari [illegible]
eneo ad commonendum filios israel. ne quis nisi de semine aaron [illegible]
ad offerendum incensum domino ne similia pateretur. tamen sic fabrefacte [illegible]
quod ibi stabat ad decorem. De combustione extincta per aaron
Et in die sequenti murmurat omnis multitudo contra moysen [illegible]
aaron dicens. Vos interfecistis populum domini. Cumque vellet [illegible]
lapidibus fugerunt ad tabernaculum. et operuit eos nubes [illegible]
ruit gloria domini et egressus ignis a domino devoravit populum [illegible]
moyses ad aaron. Tolle thuribulum et hausto igne de altari [illegible]
nens que thymiamata perge cito ad populum ut rogetur pro eis [illegible]
que cum thuribulo stans inter vivos et mortuos [illegible]
et plaga cessavit. Fuerunt autem percussi .xxiiii. milia [illegible]
Et cum necdum cessarent De virga aaron que nocte una fronduit
murmurationes super sacerdocio aaron. dicebat eis [illegible]
Nunc et si videlicet levitas proceres elegit dominus ponit esse [illegible]

a' scismate chore dathan et abiron [illegible]

Anni aliquam dignitatem cum sacerdotio. et forte de omnibus tribubus aliquos
vellet dominus sacerdotes ne tanta misteria dignitatis viri domini et tam
paucis crederentur ministris. Accipitulatur quod moysen de deserti sopita
eorum negociaretur sopita ut sic eius viderent egere auxilio.
Tulit igitur moyses ex precepto domini. xii. virgas principum et scrip-
sit in unaquaque nomen tribus sue vel potius principis. in virga aaron
nomen levi scripsit. Et preter has. xii. sumpsit unam seorsum cuius tamen
familias continere in qua probaret utrum de omnibus tribubus vellet
dominus habere sacerdotes. In multis tamen legitur non fuisse virgas nisi. xii.
quod intelligendum est de singularibus excepta generali. Quas cum posuisset
in tabernaculo coram domino. sequenti die invenit germinasse virgam aaron
et foliis delicatis amigdala protulisse. Hanc hic tercio dominus ordi-
nare aaron sacerdotium firmissime possedit. Ita et in signum rebellium
precepit dominus virgam aaron servari in posterum. De reditu in cades. quadrage-
Fuerunt itaque filii israel longo tempore in solitudine. multo simo anno.
Sederunt tempore in cades barne et dum timuerunt montem seyr et
redierunt fere usque ad mare rubrum et circa fines synai. prostrata
sunt cadavera eorum in deserto. Tandem post multos labores et annos
xxxviii. redierunt in cades unde miserant exploratores in terram
ad eos ut demonstratum est in deserto syn. Nec est illud desertum ad quod venerunt
octava mansione ut dicitur alyos. Hoc est sin sebir per samech quod
interpretatur rubus vel odium. Syn vero in quo cades vel quod est cades scri-
bitur per sade et interpretatur mandatum vel seu et est ut quidam volunt pro deserto
pharan. In fine vero recessimum non annum a finibus synai vene-
runt in cades. xii. diebus. et potuit esse quod tamen inter. xi. diebus contra
sedon quod inveniunt. xxi. mansionibus tamen ingressi vel per aliam viam
redierunt ergo filii israel. xl. anno mense primo in desertum syn et
mansit populus in cades. Et sic. xliii. mansiones filiorum israel quibus legitur
profecti ab egypto usque ad campestria moab iuxta iordanem tribus
annis sunt complete fuerunt. xii. ab egypto usque ad montem synai
anno primo. et a. xviii. die mensis primi. usque ad primam diem mensis
tercii. Deinde anno secundo. xx. die mensis primi profecti sunt a syna usque
ad cades. xxi. et una mansiones expleverunt infra annum. Sed tamen
quoto spacio annum non est declaratum sicut in primo. per xxxviii annos post
erravit et prestiti. xl. anno redierunt ad eandem cades eo anno
reliquas ix. mansiones consequerunt. Qui si invenitur. x. finis annum
fuisse mansiones scimus quod inter has inter ... iterum cades reperitur.
Mortua est maria De morte marie et aquis contradictionis. mi. g.
in cades dum. ... ut dicit iosephus complesset annum ex quo egypti
dereliquit et nona mensis xanthici qui et nisan fuit luna et sepe-
lierunt eam in monte qui vocatur sin. Et factus est xxx diebus fleverunt
secundum principium populum hoc modo. Vitulam rufam totam rubeam extra castra
combussit. et prosequitur iosephus hic ordinem lustrationis cineris quam
domini. x. die. vii. mensis fieri precepit. et videtur velle non primum combusisse
omne hinc quia a moyse fuerit. Unde etiam subdit. Hoc etiam veterinos fe-
cit precepit. et potuit esse quod impediti usque hunc distulerunt quia non

Solus dic quod tollas quod spondeat atque petunt
Yob salomone deus virga florere probatur

Ex dicitur non est de silentio in mansionibus sicut annum quod includitur in una mansione et alia in mansionibus per annum

pascha interim celebrasse legitur. Cum autem intraverint terram promissionis preceptum domini legitima sua perfecerunt. Etiam hic dicit Josephus quod redirent in Cades eos venisse ad fines Ydumee et misisse Moysen ad Edom pro libertate transitus per terram suam. Quod cum prohibuisset, Moyses recessit per desertum iter faciens. Historia numeri dicit post mortem Marie misisse ad Edom. Nec est liquidum utrum Josephus per anticipacionem an liber numeri per recapitulacionem hoc dixit. Nos vero sequentes ordinem hystorie dicimus quod post mortem Marie indigens populus aqua fecitque sedicionem in populo contra Moysen et Aaron oraverunt ad dominum. Quibus dominus ait. Tolle virgam et congrega populum ad petram et percussa dabit vobis aquam. Utrum virga que fronduerat an alia usus sit Moyses hoc est dubium. Quia in numeris legitur virgam que erat in conspectu domini virgam fuisse que fuit in archa. Et congregatam multitudine ante petram ait Moyses Audite rebelles et increduli. Numquid de petra hac poterimus vobis aquam eicere. Hic autem cum in aliis fiducialiter egissent Moyses et Aaron turbati murmure populi diffidentes egerunt quod domino ... tante cognitum est. Non enim ex opere eorum vel verbo hic ... nisi forte quia Moyses dubitantiuus dixit. Numquid poterimus ... sensus affirmationis potuit elici quia poterimus. vel negationis quia non poterimus. Cum ergo primus percussisset virga silicem quia desperabant non manaverunt aque. Secundo vero ictu egresse sunt ita largissime ut biberet populus et iumenta. Et dixit dominus Moysi et Aaron. Quia non credidistis mihi non introducetis populos hos in terram eorum. Hec est aqua contradictionis ubi etiam electi desperaverunt de promissis et potentia dei quia contradicentes penitentiam. **De circuitu Ydumee. nuncii Moysi.**

Misit Moyses nuncios de Cades ad regem Edom dicentes. Hec frater tuus Jacob mandavit tibi hec. Obsecro ut liceat nobis transire per terram tuam. Non ibimus per loca culta. via publica gradiemur non declinabimus ad dexteram nec ad sinistram. si biberimus aquas tuas quod iustum est dabimus. Et ille respondit. Non transibitis per me. Cum timore ne transiret egressus est ei obviam in manu forti. quievitque a dissidio ab eo Israel. magne quia deus preceperat ei. non pugnabimus adversus fratrem. Circumierunt Ydumeam egressi de Cades secedentes per desertum arabie et pertransiens archam metropolim arabum que nunc petra dicitur venit ad montem Hor. qui est in finibus terre Edom ubi locutus est dominus. **De morte Aaron.**

Pergat inquit Aaron ad populum suum. non intrabit terram promissionis eo quod incredulus fuit contra ... Tolle Aaron et filium eius cum eo et duces eos coram omni populo super montem. Cumque nudaveris patrem stola pontificali indues ea Eleazarum qui in pontificatum per ecclesiam successit. Et fecit Moyses quod preceperat dominus et mortuus est Aaron in monte Hor. In deuteronomio dicit ... locus sepulture Aaron qui usque hodie monstratur in monte ... vero flevit eum xxx diebus. Mortuus est autem xl anno egressionis etatis c. xxiii annorum eodem anno quo et Maria mense v. qui apud hebreos dicitur Sedebath. apud romanos augustus prima die secundum lunam. **De victoria post votum anathematis.**

Quod cumque audisset chananeus qui habitabat ad meridiem venisse illuc Israel pugnavit cum eo et optinuit et duxit ...

Israel autem vovit domino. quod si traderet eum dominus in manus suas civitates eius
anathematizaret. quod et fecit et vocavit nomen loci horma .i. anathe-
ma. Forte hic locus est quem supra per anticipationem vocatum est horma. Ana-
thema dicitur ab anathime .i. sursum pone. quod est devotum .i. devotio
absque modo separare. cuius res vota et reddita sursum in templis ponebantur.
Et nota quod olim generaliter pro pluribus terre promissionis dicitur est chananeus
unde et hoc nomine generali vocat eos qui erant ad meridiem. Tamen ei unum
ipsi quas proprijs vocabantur nominibus in ea. et ille proprie dicebatur chananeus
qui habitabat ~~ad meridiem~~ maritima. De serpente eneo contra ignitos
Profecti de monte hor venerunt in salmona serpentes 21º. ·21º·
ubi cepit populum tedere itineris et laboris. diu circuierunt terram
edom. murmuravit contra moysen. Ideo immisit dominus in populum serpentes
ignitos qui dicebantur ignitos quia minimi et veloces erant ad modum
scintillarum. vel ut alij tradunt tactu veneno inflammabant usque ad
timorem et ruborem igneum. Rogaverunt quoque moysen ut oraret pro
eis. Cui dominus. Fac serpentem eneum et pone in perticam eminentem in me-
dio populi et quicumque percussus fuerit a serpente respiciet eum et vivet.
Et factum est ita. Hunc serpentem habuerunt secum filij israel et magnificato ipso
situs est in ihrlm. Tandem ob cultum superstitionis quam ei populus exhi-
bebat comminuit eum in pulverem ezechias rex iuda. De scopulis
Inde profecti per aliquas mansiones torrentium quos gestierunt
venerunt ad torrentem zareth. quem transierunt siccis pedibus ut
mare rubrum. Quem relinquentes castrametati sunt circa arnon. quem
ut ait iosephus fluvius est a montibus arabie descendens et per desertum
fluens in stagnum alphaticum erumpit dividens moabitidem et amo-
rreos. Quandam volunt civitatem esse que est in deserto et eminet in finibus
amorrei. De hoc transitu israel per terram illam prosequitur moyses in hunc modum
unde dicitur in libro bellorum domini. Sicut fecit in mari rubro sic faciet in torren-
tibus arnon. scopuli torrentium inclinati sunt vel gestierunt ut requi-
escerent in arnon et recumberent in finibus moabitarum. Hunc locum suf-
ficienter expositum non memini me legisse. Augustinus dicit forte fuisse
ipsum librum sic vocatum apud ~~hebreos~~ caldeos unde egressus est
abraham. vel apud egyptios apud quos sapientiam didicerat moyses
in quo de transitu prophetatum fuerat. Ut autem fines inter illas duas gentes
ibi constituerentur bello actum fuisse putatur. quod pre magnitudine
sui bellum domini vocatum est. quod bellum liber ille conscripsit. Quidam dicunt histo-
riam totam de filijs israel dici librum bellorum domini. In quo frequenter dominus
quod eis pugnasse. et maiorem dicunt hebrei in terra illa amorreos
potentiam manu hebreorum fuisse deletos. et isti legunt dicitur pro dicetur
quod etiam in hebreo ita est. super hoc dicetur in retractationibus bellorum domini. et
legunt sic. Unde .i. de arnon dicitur .i. dicetur. et fiet mentio in libro bellorum
domini .i. in hystoria ista cum legetur a posteris. fiet autem mentio de eo. sicut
percussit dominus in mari rubro per cedem egyptios sic faciet in torren-
tibus arnon per cedem amorreos. Moyses dixit futurum faciet. nos
dicimus preteritum sicut fecit. Quod etiam sequitur. scopuli inclinati sunt etc. Hic alij
genere exponunt. Tradunt hebrei innumeram multitudinem amorreorum
in convallibus torrentium et scopulorum arnon posuisse insidias ista

helitis ut transeuntes perimerent incautos. Anum vero latitantes oppositi
rupibus hinc inde declinantis ita ut labentia scopulorum cornua…
in arnon ibique residerent, id est firmarent. Fuerunt qui dicerent desertum…
arnon. Quia cum scopulis praeruptis et altissimis sit in deserto paulatim…
natura inclinando donec residerent id est firmarentur usque arnon. Forte…
ut aliqui scopuli motum minorum eorum israhelitis declinarent…
de facili transirent quod forte prodigium erat in benedictione ioseph ubi dicitur
veniet desiderium collium eternorum. Et forte de eodem dixit david…
montes exultaverunt ut arietes et colles sicut agni ovium. Inde

Exin eo loco apparuit eis puteus **canticum ad puteum** …
i. ex hoc loco venerunt ad alium locum ubi monstravit dominus…
puteum. Unde subditur quia hunc puteum foderunt principes duces…
tudinis in datore legis i. in deo. hoc tamen in hebreo non legitur. Et…
dit aqua de puteo donec superredundaret. Forte in signum quod…
pugnaret et hostes in hunc modum superegrederentur. et…
viso cecinit israhel canticum istud. Ascendat puteus etc. **De morte seon**

Egressus inde populus per **regis amorreorum et og regis basan**
aliquas mansiones pervenit usque in bamoth. non est hoc nomen
mansionis sed est vallis in regione moab in vertice phasga i. …
ne illius. vel forte mons ille adeo magnus est quod etiam in vertice…
et villas. Inde misit israhel nuncios suos ad seon regem amorreorum…
ut ei transitum per terram suam concederet. qui noluit. Immo cum exercitu…
est ei obviam in desertum et pugnavit cum israhel et percussus est in…
dum i. in istmatia. Iosephus dicit plurimos exercitus sui perisse. alios…
rueretur ad fluvium iacentes terre confossos fugientes ad mem…
dibulantes pueros. Seon occisus est. Tulitque israhel omnes civitates…
tes ab arnon usque iaboth ~~a septentrione~~ inter quas caput…
num erat esebon et hyram in eis. Dicit iosephus hanc terram…
flumina sitam. quasi nam insule haberet et opulentissimam. Arnon…
fluit a meridie. Iaboth a septentrione qui in iordanem descendit…
et nomen tradidit. Iordanis ab occidente. Cumque transisset…
nium iaboth et ascenderet per viam basan. occurrit ei og rex basan…
in edray quem percusserunt cum populo suo usque ad internecionem…
sederunt terram eius. Terra hec quam habuerunt ultra iordanem…
fuit de terra promissa. quod patet quia moyses hanc intravit. Profecti…
consederunt in campestribus moab ubi trans iordanem iericho…

Vel saltem eius terram suam sed secedere sancti et moab quod legitur in deuteronomio.

.num. 22°. Videns balach ~~filius~~ **de immissione balaam. cum locuta est asina**
filius sephor qui tunc rex erat in moab quid fecerat israhel…
amorreo timuit et astutos sermones madian quia…
eius et amici erant. consulunt quid facto opus esset dicentes…
hic delebit nos sicut bos solet herbas usque ad radices…
Consiliumque eorum consilio ad balaam filium beor ariolum qui habitabat
super flumen amonitarum ut veniret et malediceret populo huic…
dicentes et quia benedictus erat cum benedicebat balaam et maledictus…
cum maledicebat. Audierant etiam quod israhel non vincebat in…
gladio sed oratione fusa ad deum suum. Visumque est commadianitis…
bus cum orationes dimicare. Cumque venissent ad balaam seniores
moab et madyan ferentes munera divinationis in manibus

causamque vie exposuissent. dixit eis balaam. Manete hic nocte ut videam quid dicat mihi dominus. Deum enim prophetam se mentiebatur. licet in sacrificiis consuleret demones. forte demonem qui sibi loquebatur deum vocavit. Dixitque ei dominus in nocte. Non eas cum eis. non maledicas populo quia benedictus est. Mane consurgens balaam. dixit se prohibitum a domino. Rursus misit ad eum balach viros plures et honoratiores numeroque maiorum et amphora promisit si malediceret populo. Quibus ait balaam. Si dederit mihi balach domum suam plenam auri non potero mutare verbum domini. Obsecro manete hic etiam hac nocte. Et ait dominus ad eum nocte. Surge vade cum eis ita dumtaxat ut quod precepero tibi facias. Mane strata asina profectus est cum eis. et iratus est dominus. Stetitque angelus domini gladio evaginato in via contra balaam qui ... ei propositum et captus cupiditate promissorum. disponebat quod malediceret populo licet prohiberet dominus. Iosephus: non velle quod dominus iratus quod prompte dixerat ei vade cum eis. quod quia iste non intellexerat obstetit ei angelus. Cum autem asina vidisset angelum quem tunc balaam non videbat timens declinavit in agrum. Quem cum verberibus reduxit ad semitam. Iterum stetit angelus in angustiis maceriarum quibus vinee cingebantur. timens quod asina iunxit se parieti et attrivit pedem sedentis. at ille verberabat eam. Iterum stetit angelus in loco angusto ubi nec ad dexteram nec ad sinistram poterat devitare. timens quod asina concidit sub pedibus sedentis. Qui cum vehementius fuste cederet latera. aperuit dominus os asine et ait. Cur percutis me ecce iam tertio. Qui respondit. Illusisti mihi. utinam haberem gladium ut percuterem te. Assuetus iste monstris ad vocem asine non expavit. Protinus aperuit dominus oculos balaam. viditque angelum stantem evaginato gladio. et adoravit eum. Cui angelus. Perversa est via tua et nisi asina declinasset occidissem te. Cui balaam. Peccavi et nunc si via mea contra te est revertar. Cui angelus. vade. sed cave ne aliud quam precepero tibi loquaris. De arieloth et filiis balaam et eius prophetia. Numeri .23.

Quod ergo venit occurrit ei balach in extremis finibus moabitarum. Magnificeque suscipiens eum dedit ei munera. Cui contestanti balaam ait. Non potero loqui nisi quod posuerit dominus in ore meo. Ascenderuntque pariter excelsa. scilicet phasga montis. unde extremam partem populi intuebatur. aberant ei ab exercitu stadiis .lx. Dixitque balaam ad balach. Edifica hic vii aras. et totidem vitulos et eiusdem numeri arietes. Cumque imposuisset ambo vitulum et arietem super aram. dixit balaam regi. Sta iuxta holocaustum. vadam si forte occurrat mihi dominus et quod iusserit loquar tibi. Cumque abiisset posuit dominus verba in ore eius. assumpta parabola id est prophetia. vel incepta ratione sua ut ait hebreus ait. Quomodo maledicam populo cui non benedixit dominus. Habitabit solus et inter gentes non reputabitur. id est singularis erit pre omnibus et innumerabilis. Moriatur anima mea morte istorum. et fiant novissima mea horum similia. Contristatus balach ait. Quid est quod agis. Duxitque eum ad alium locum excelsum montis phasga. unde aliam partem populi videre posset secundum errorem gentilium putans omnia locis inesse et temporibus et deum sed

Margin: .Numeri .23.

Margin: + Cum introduceret coram omnibus

Moriatur anima. Gregorius. O bone ihesu omnes volunt te frui sed nolunt te imitari. Volumus gaudere cum sanctis et nolumus tribulaciones sustinere cum eis.

hominem posse maledici. Cumque iterum more modum predictum statuisset ibi vii aras
et imposuisset holocaustum, iterum posuit dominus in ore eius verba et [...]
ait. Non est ydolum in iacob, neque simulachrum in israel. Dominus deus eius cum eo
non est augurium in iacob, nec divinacio in israel. Surget ut leena et [...]
non accubabit donec devoret predam, id est terram chananeorum. Tunc ait ba-
lach. Neque benedicas eis neque maledicas. ¶ Iterumque duxit [...]
super montem phogor. statutisque vii aris impositisque holocaustis [...]
singulas. Non abiit balaam sicut ante ut augurium quereret. Sed elevans
oculos vidit israel commorantem in tentoriis per tribus suas et irruente
in se spiritu dei ait loquens de se. Dixit homo cuius obturatus est oculus. [...]
auditor sermonum dei. Quam pulchra tabernacula tua iacob. He-
breus habet et translacio origenis cuius oculus revelatus est. tamen [...]
sepe. Quia dum dormiret in sompnis videbat hec que dicebat. Vnde et [...]
ratus erat oculus carnis et revelatus oculus mentis. Vnde sequitur [...]
cadit et aperiuntur oculi eius. Hebreus plenius habet. Qui post [...] Tolle-
cit se in leo. Addidit eciam aperte de saule prophetiam dicens [...]
propter agag rex eius et auferetur regnum illius. quod factum est saule [...]
cit agag regi amalechitarum. Et post direxit verba ad populum [...]
benedixerit tibi erit et ipse benedictus. et qui maledixerit in maledictione [...]
in maledictione reputabitur. Cumque balach dixisset [...]
daret ei consilium quid faceret adversus populum hunc. iterumque [...]
ta parabola ait. Orietur stella ex iacob. et consurget virga [...]
maria ex israel. et percutiet duces moab. et vastabit omnes
filios seth. quod dicitur. Vastabit totum genus humanum. quod [...]
le in bonis conteret et malos perdet. De seth enim totum genus huma-
num est. de quo fuit noe. filii enim caym diluvio perierunt. Et [...]
hoc vaticinium dicunt magos venisse in iudeam visa stella. et [...]
cuisse apud eos scripta balaam super hac re. Iohannes quoque [...]
ydumeos et amelech qui fuit principium gencium pugnancium [...]
contra eos subiecit sibi. Iohannes eciam quod assirii terra sua [...]
et cyneos qui erant de fortissimo genere. scilicet de ietro. Addidit [...]
venient in trieribus de ytalia et superabunt assirios. vastabunt [...]
que hebreos. et ad extremum ipsi peribunt. Monarchiam [...]
hic romanorum et in fine temporum destructionem eorum. Dicit
iosephus eum prophetasse. ad hunc totum orbem futurum eorum habita-
lum terrarum id est in extremis. eciam insulas. et cum [...] prophecie sic [...]
ta reliquum pro certo impleri. Propter amorem mulierum irritatus est israel

Surrexit balaam ut rediret in locum suum. beelphegor
Cumque in finibus madyan valediceret balach et sine [...]
dedit eis ut virgines [...] specie. castitatis illorum posset [...]
toria israel cum [...] venalibus mittentes que [...]
ad se declinantes in [...] allicerent sibi laborarent. ut eos [...]
di leges patrias facerent et deos colerent alienos ut [...]
eis irato vel ad modicum tempus humiliaret. deo enim eis [...]
bella nec pestis aliqua eos corriperet. Fecerunt itaque [...]
amice. tamen et de moabitis virgines misse sunt sed pauce que [...]
sunt deformes. ¶ Eo tempore morabatur israel in sethim et fornicatus est
cum filiabus moab que vocaverunt eos ad sacrificia sua et [...]

runt ydolatria et adinvenerunt deos carnis · et initiatus est · id est consecratus
est israel beelphegor ydolo madianitarum · ydolo scilicet tentiginis · quem
grecia priapum dixit · Iratusque dominus dixit ad moysen · Tolle cunctos
principes populi et suspende eos contra solem in patibulis ut avertatur furor
meus ab israel · Forte quia subditos non corripiebant duces tribuum vo
luit suspendi · vel potius quia principes id est auctores huius ydolatrie · Vnde
statim subdit · Dixitque moyses ad iudices israel · Occidat unusquisque
proximos suos qui initiati sunt beelphegor · De zelo phinees nume
Tradit iosephus quod princeps in tribu symeon zambri · 26 · .26.
filiam cuiusdam potentis madyanitarum duxerat que dicebatur cozbi
qui uxorem iubente in quadam solempnitate cum aliis ducibus adorare non immo
lavit · Quamobrem cum moyses etiam congregasset et eos culpa
ret non nominati quia turba erat in causa · ille coram omnibus professus est se alie
nigenam duxisse · ydola coluisse · nec tyrannicis legibus quas ipse sibi
moyses posuerat obnoxium esse ~~[illegible]~~ quibus sub figmento legis et dei
timori subiungere populum premebat quam egyptum · Cum populum auferebat vi
vendi arbitrium et discedens coram omni turba que flebat ante ostium ta
bernaculi · iniit tabernaculum uxoris · mirabantur autem omnes quod mor
tuus non fuerat · Surgens autem phinees filius eleazari de me
dio multitudinis et arrepto pugione ingressus est post illum
in lupanar · et cum invenisset coeuntes perfodit ambos in locis geni
talibus cessantique plaga et occisi sunt · xxiiii · milia forte a domino
pro plaga aliqua percussi · que tunc cessavit · Sed iosephus innuere velle
quod plurimi iuvenes zelo phinees accensi multa milia populi percus
serunt · Secundus numerus bellatorum numeri · 27 · .27.
Postquam vero noxiorum sanguis effusus est · dixit dominus ad moysen
et eleazar · Numerate summam filiorum israel a · xx · annis et supra
per domos et cognaciones suas cunctos qui ad bella possunt
procedere · Fecerunt quod iussi et inventi sunt · decies · milia et mille · septin
genti et · xxx · inter quos nullus fuit eorum qui numerati fuerant a moy
se et aaron preter iosue et caleph · Et ait dominus · Istis dividetur terra
pluribus maiorem partem dabis et paucioribus minorem · Quod non est
intelligendum de tribubus et familiis sed de domibus · Terra enim eque
divisa secundum sortes data est tribubus
terra in tribubus tribus sorte partes equales
dedit familiis · familie vero iuxta
numerum capitum · domibus divisit minores et maiores porciones
Sorte distribuenda est dum
dividenda sunt · ne si iecisset forte
sors daret pluribus minorem partem.
Numerati quoque sunt levite a mense uno et supra · xxiii · milia generis mas
culini · De iure successionis hereditarie · · · 28
Dominus autem salphaat quia non reliquerat filium non est numerata · Audientes
autem · v · filie ipsius quod numeratis daretur terra · steterunt ad ostium ta
bernaculi coram moyse et eleazaro et tota multitudine et dixerunt
pater noster mortuus est in deserto · non habuit mares filios · cur tol
litur nomen eius de familia · Cumque causam retulit moyses ad deum · qui
ait · Iustam rem postulant filie salphaat · ad filios autem israhel
loqueris · Homo si mortuus fuerit absque filio ad filiam transibit hereditas
Locutusque est dominus ad moysen · Hostes vos senciant madianite · percutite eos · Hec
fecerunt postea cum moyses misit exercitum et percussit madianitas · Vel for
te ut percussi fuerant filii israel · Voluit dominus etiam eorum mulieres occidi quia
subverterunt eos.

Quod si nec filiam habuit habuit tunc transibit ad fratres eius. quod si nec fratres
habuit ad patruos transibit. Quod si nec habuit hos ad eos qui ei proximi

De substitucione Iosue

Dixit quoque dominus ad moysen
Ascende in montem abarim et contemplare terram quam daturus sum filiis
israel. et post hoc ibis ad populum tuum non cum intrabis eam. Cui moy-
ses. Provideat dominus deus spirituum omnis carnis. hominem qui sit super multitu-
dinem hanc. ne sit populus domini sicut oves sine pastore. Cui dominus. Tolle
iosue. et statue coram eleazaro et omni multitudine. et pones manus
tuas super caput eius ut audiat eum omnis synagoga filiorum israel. Fe-
cit quod moyses ut dominus imperavit. Cognomine quoque venisse multitudo
iosue post mortem moysi antecedere eos. Utrum autem tunc vel postea
ascenderit moyses ut videret terram certum non est. sed certum est quod ascendit
et prae terrae vide potuit quod si totam vidit miraculose fuit.

De libaminibus numeri. 28.

.mi. 28. Precepit quoque dominus moysi
de iugi sacrificio et de sacrificiis legalium solempnitatum. Sicut
non offerebatur hostia sine libamentis suis de eis primitus dicen-
dum. Libamen vel libamentum. erat simila oleo glutinata et vinum
quae cum hostia adolebatur. ut quasi panis et vinum et caro domino simul
offerretur. Cuique vero hostiae proprium libamen deputatum erat. Pro agno simi-
lae decima pars ephi. et vini quarta pars hyn. Erat autem ephi mensu-
ra mensurae aridorum. et hyn et [illegible] batus liquidorum. Pro vitu-
lo de simila tres decime. de vino media pars hyn. Et forte tres
erant decime integre de tribus ephi vel de uno ephi. Primum decimabatur
ephi et decima. Item. in tres decimabatur et tertio [illegible]
et sic erant tres decime unius ephi. Pro ariete de simila due
decime. De vino tertia pars hyn. Eadem erant libamenta hyrci.
[illegible] legitur pro agno dari de simila intelligendum est de con-
tinua decima. Inde decimandi quasi decima decimationis vel decimam decimae
vel ipsa decima ephi. Item decimabatur et haec decima decimae
agno [illegible]. vel potius idem est. decima decimae quod quarta pars ephi
est ei ephi. quarta pars chori.

De iugi sacrificio.

Prius autem de iugi sacrificio videamus. Iuge sacrificium vel
iugis sacrificium cotidie fiebat de sumptu publico. mane offere-
batur agnus anniculus in holocaustum cum libamentis suis ut tota die cre-
maretur in odorem suavem domino quo imposito super altare sacerdos
primus et thymiamate et lotus intrabat tabernaculum. Et
barba primus cum thymiamate super altare incensi et hoc vocabatur
incensio vel consummatio sacrificii et tunc etiam quarta de uno [illegible]
mortificabat. In vespere similiter ponebatur alius agnus in [illegible]
et intrans cum thymiamate sacerdos accendebat omnes lucernas et
tota nocte erat in altari odor suavis domino. Vespertinum sacrificium
melius erat matutino et pinguius quia semper in die [illegible]
batur et ideo dicebatur domine gratius quia pinguius quia mortem in
vespere seculi figurabat. Hos agnos quidam tradunt de sumptu
sacerdotum. iosephus vero de publico. qui etiam cotidiana de sumptu
sacerdotum oblatione [illegible]. Offerebat etiam sacerdos in [illegible]

sic assarium farine oleo mixte et modica coctione durate
medietatem mane et medietatem vespere super altare. In huius mo
di ergo mane et vespere offert domino laudes et completorium. Vel
quia in prima et completorio offert confessionem ad mutuo orandum
tamquam iuge sacrificium. vel quia sacrificium nostrum deo est spiritus contribulatus et
humiliatus. De sabbato et oblationibus eius.

Solempnitates legales erant vii. Sabbatum. neomenia. phase.
penthecoste. festum clangoris. festum propiciationis. scenophe
gia. Sabbatum interpretatur requies. et per hoc dicitur festum domini. quia cum alia fes
ta instituta notata sint ab aliquo eventu vel opere eorum. hoc dicitur sabbatum
quia in eo requievit. Inde forte est quod privilegiatum est in duobus quia in eo nec
licet etiam cibum parare. nec etiam ultra mille passus ire. Dicunt autem hoc
festum legale. non quia et ante legem ab exteris quibusdam nationibus
fuit observatum sabbatum. sed quia sub lege post observatum est ex precepto.
Ea die preter iuge sacrificium offerebatur domino agnus anniculi immacu
lati cum libamentis suis in holocaustum. De neomenia

Neomenia sonat innovatio lune. neos enim novum mene lu
na interpretatur. Quia ergo iudei in legitimis suis lunationes pro
mensibus habebant ex lege diem nove lune vocabant kalendas
legales. et erat dies ferialis apud eos. Ea die offerebant vitulos
duos. arietem unum agnos anniculos vii. cum libamentis suis per
singulos. hircum quoque pro deprecatione peccati cum libamentis suis. omnia
hec in holocaustum. De phase.

Quartadecima die primi mensis ad vesperam comedebant agnum pas
chalem et nocte illa dicebatur phase. id est transitus propter causas su
prius dictas. et eadem dicebatur pascha id est immolacio. Sequenti die
inchoabatur festum azimorum quod protelabatur vii diebus. quorum dies
prima et ultima solempnis erat et ferialis ab omni opere servili. Quod
Ezechiel addidit de festo prime diei aprilis et alibi de decima
die qua tollebatur agnus. vii et primus mensis solet computari. vii enim in
solempnitatibus. Forte moyses causa brevitatis pretermisit. vel multa
ad ampliandum cultum dei super addita sunt. que ezechiel prophetat fieri in sabbato
deportatum apertione et prece principis. Post primam diem solempnem
id est quartadecima luna. torrebatur igni spicas recentes et grana
manibus confricata offerebat domino assarium unum. Cuius pugillum vel
drugmam unam adolebat sacerdos super altare. reliquum erat eius. Per hac
oblatione quidam putaverunt hoc festum non solum azimorum dici
sed etiam festum novorum. errantes quia legitur mensem quem vocant mense
novorum. Ab hac xvi die dicit iosephus numerari vii ebdomadas
per quas statim erat penthecoste. Alii dicunt eas numerari ab altera
die sabbati quod erat in diebus azimorum quia littera hystorie videtur sic sonare. Alii
ab ista prima die azimorum. ne plures quam l dies inter pascha et pen
thecosten inveniatur. Certior sententia est a prima die azimorum. quinquagesimum
esse penthecosten. et a secunda. quinquagesimam esse secundam penthecosten. in qua
offerebantur panes novi sicut secunda die azimorum grana erant. duos dies
quinquagesimum legitur numerari. In hiis diebus vii per singulos dies offe

Sabbatum facimus quando a viciis et ab operibus carnalibus abstinemus.
Neomeniam facimus quando omnes defectus nostros et profectus consideramus
Phase vero quando carnem suam crucifigimus cum viciis et concupiscentiis
Penthecosten quando in lege perfecte libertatis continue meditamur et in spiritu virtutes habemus.
Festum clangoris quando deo gratias agimus pro sua liberacione et [illegible]
Expiacionis quando corpus cadit in peccatum et per veram confessionem [illegible]
Scenophegie quando supernam Iherusalem sicut et civium societatem expectamus.

-batur in holocaustum eedem hostie que et in neomenia cum libamentis suis

Hodie in hoc die dum complerentur dies pentecostes

de penthecosten

Penthecoste sonat quinquagesima. Pentacon est quinquaginta. hebraice assarea. vel penthecosten festum
ipsa quinquagena dierum quibus completis imminens dies dicebatur
penthecostes . i . consecutivus quinquaginta dierum fiebat autem in memoria
date legis que quinquagesimo ab exitu de egipto data est. Eadem solempnitas
dicebatur festum ebdomadarum quia supputatis ut dictum est septem
ebdomadibus ab altera die ~~sabbati azimorum~~ azimorum sabbati fiebat solempnitas
si volumus secundum iosephum sabbatum dicere . hic prima diem solempnitatis
azimorum. Dicebatur etiam festum primitiarum quia tunc offerebatur de no-
vis frugibus duo panes duorum assariorum de alphica sicut dicit
secundum iosephum et fermentati. Et ideo nichil eorum ponebatur super altare
et cum eis agnus domini in esum tantum sacerdotum et nichil ex eis in crastinum
relinqui permittebatur. Erat etiam hoc festum vii. dierum et per singulos
dies offerebantur eedem hostie que et in neomenia et in diebus azimorum cum
libamentis suis. Cum velle vero iosephus tunc immolabant vitulos
tres et arietes duos. agnos . xiiii.

de festo tubarum

Prima die mensis septimi dupplex erat solempnitas neo-
menia et festum clangoris vel tubarum . unde supra . Buccinabant
in neomenia tuba in quo buccinabant cornibus pecorinis. Pro
ea die liberatus fuit ysaac ne immolaretur pecore substituto. Ideo
eo etiam dicebatur festum . septimorum . vel sabbatum mensium . quia hec septi-
timus mensis totus erat solempnis. Ea die pro oblacione neomenie
offerebatur in holocaustum vitulus unus aries unus. agni anniculi et
hircus pro peccato cum libamentis suis. Traditur quod sibi introductum
a iudeis de certis ut per ignem etiam immolacionem ysaac
significaret. Item a modernis moribus consulatur secum
decimam diem pro mortuis forte pro spe resurrectionis.

de festo propiciacionis

Decima die eiusdem mensis erat festum propiciacionis
propiciacionis . quia ea die rediit moyses referens dominum
placatum super offensa vituli conflatilis. Eadem die ieiunabat homo
innumerata a vespera usque ad vesperam pro memoria mortuorum. unde et
dicebatur etiam dies afflictionis. Dicebatur quoque dies expiacionis
quia ea die sanguine vitule rufe expiabatur tabernaculum et ipsi
ut predictum est et fiebat cinis ad expiacionem immundorum
et apud ipsum ut post ... ... per immolacionem hirci a populo
Erat autem oblacio diei illius . vitulus unus aries unus . agni anniculi
septem . hircus pro peccato cum libamentis suis.

de cenophegia

Quintadecima die mensis eiusdem erat cenophegia
quod sonat fixio tabernaculorum . In qua per vii. dies habitabant
sub umbraculis in memoria . xl . annorum in quibus fuerant in deserto
sub tabernaculis . unde et festum tabernaculorum dici solet. Preclarus
autem vii. diebus quorum prima et ultima erat solempnior. octavus
dies erat solempnis . non quia esset de cenophegia . sed quia ea die convenie-
bant ad faciendam collectam fortem in usus publicos vel in alios
eventus. Unde et cenophegia quinque legitur esse festum octo dierum quia
illi non pertinerent ebdomadi. Traditur quoque in quarto diebus

sius a die decima usque ad hanc hebreorum sunt ieiunia. Tradit Iose-
phus quod in his .viii. diebus ferebant in manibus ramos mirte et salicis
et summitates palmarum et virgulas mali persici. Fiebatque de omnibus
frugibus terre oblacio domino in gratiarum actionem. Oblacio vero .vii.
diebus hec erat. Prima die offerebantur in holocaustum vituli .xiii. arie-
tes duo. agni anniculi .xiiii. et hircus pro peccato cum libamentis eorum.
Eadem oblacio arietum et agnorum et hirci fiebat per singulos dies
sequentes. sed de numero vitulorum unus subtrahebatur. In secundo .xii. In 3o
.xi. In quarto decem. In quinto nove. In 6o .viii. In 7o .vii. In octavo qui
erat solempnis offerebatur vitulus unus aries unus agni anniculi .vii. et
hircus pro peccato cum libamentis eorum. Forte in .vii. diebus constructio fuit
vitulorum ut in summa fierent septuaginta in memoriam quod in septuaginta
animabus intraverunt egyptum. Hee sunt oblationes holocaustorum in .vii.
solempnitatibus et fiebant de publico nomine. Preter hoc cessavit idest mensibus
sacrificium. nec hostie spontanee vel votive. Et non quod ille tres solemp-
nitates que .vii. diebus protelabantur perpetue dicebantur. Et sabbatum
quod conveniebat in illis dicebatur sabbatum sabbatorum. quasi sabbatum festorum.
Alias festivitates adiecerunt hiis ebrei propter varios eventus
sicut encheniam et phurim idest festum hester. Que non dicuntur legales
idest non sunt in lege constitute. Nota solempnitates dicimus cerimonias a
ceris idest luminaribus vel a carne et mente. quia tunc debent sordes in
nobis deficere. quasi carimentie vel a carendo muneris idest officiis
servilibus. quasi carimonie. De votis. Num. 30.

Addidit quoque dominus de votis mulierum. Vidua vel repudiata quicquid vo-
verit vel in quo iuramento se obstrinxerit implebit. Filia fa-
milias vel uxor tenetur ex voto vel iuramento nisi pater vel vir con-
tradixerit quo die audierit. Si contradixerit irrite sunt pollicitationes earum
ipse vero peccatum portabit qui contradixit. Vir autem omne votum vel iura-
mentum implebit. De destructione madianitarum. Num. 31.

Item locutus est dominus ad moysen. Ulciscere filios israel de madianitis et
sic colligeris ad populum tuum. Armavit ergo moyses de singulis tribubus
mille viros electos. scilicet duodecim milia. prefecitque eis phinees fi-
lium eleazari. Vasa quoque sancta idest tubas ad clangendum tradidit eis. Qui
confecti hostes vicerunt. quinque reges eorum et omnes viros occiderunt
urbes et castella flamma combusserunt. Balaam quoque interfece-
runt gladio. Mulieres et parvulos pecora et omnem supellectilem
in predam diripuerunt. Dum ergo rediret moyses et eleazar et omnes
principes synagoge egressi sunt in occursum eorum extra castra. Iratusque
mulieribus dixit moyses ad eos. Cur mulieres reservastis.
Nonne ipse sunt que deceperunt filios israel. Interficite omnes que noverunt
viros et omne masculum. Virgines tamen reservate. Fecerunt itaque
et reservate sunt. Virgines tamen .xxxii. milia. Et ait moyses. Qui
percussistis eritis immundi quia occidistis vel tetigistis mortuos extra
castra eritis .vii. diebus et purificabimini. Tercio et septimo die aqua
aspersionis. Predam etiam quam tulistis purificabitis. Aurum et argentum
et que ignem sustinere possunt igne purificabuntur. Dixit quoque dominus ad moysen
Tolle summam eorum que capta sunt ab homine usque ad pecus et divides

Votum est conceptio melioris boni cum deliberatione animi firmata obligatione se deo.
Votum est promissio facta deo de hiis que ad deum pertinent.

predam ex equo inter eos qui pugnaverunt et reliquam multitudinem. De parte
vero eorum qui pugnaverunt separabis domino unam animam de quingentis et da-
bis eam eleazaro. Ex media vero parte multitudinis accipies quinquagesimum
capitis et dabis levitis. Quod fecit moyses. Principes exercitus accesserunt ad moy-
sen et dixerunt. Recensuimus numerum pugnatorum quos dedisti nobis
et nec unus quidem defuit. Ob rem offerimus in donariis domini quod
auri potuimus invenire periscelides armillas anulos dextralia ac
murenulas ut depreceris dominum pro nobis. Susceperunt autem moy-
ses et eleazar et tulerunt in tabernaculum. De sorte duarum tribuum et
Filii autem ruben et gad et dimidia tribus dimidie num. 32.
manasse habebant pecora multa nimis et videntes amorreorum
basan et galaad aptas pecoribus alendis rogaverunt moysen
ut terram hanc eis concederet. Existimans autem moyses ob timorem
pugne et laboris eos dixisse. malignos eos appellavit. eo quod fratri-
bus in erumpna consistentibus ipsi vellent deliciari. Ipsi vero polliciti sunt
mulieres et parvulos in tutis locis ordinarent. caulas ovibus et
stabula iumentis fabricarent. ipsi armati precedent fratres suos
nec introducerent eos ad loca sua. Sub hac itaque condicione terram
seon regis amorreorum et og regis basan susceperunt.
filii machir filii manasse optinuerunt galaad. Jair vero filius
manasse occupavit vicos eius et vocavit eos avoth iair id est
villas iair. Cathalogus quadraginta duarum mansionum. num. 33.
Ponitur hic cathalogus mansionum ab exitu de egypto. Fuerunt
autem ante transitum maris rubri .iiii.or ramesse. socoth. ethan.
phyahiroth. A mari rubro usque ad syna .viii. mara. helim.
iamsuph. quod sonat mare rubrum vel scirpeum. Iam enim mare
rubrum. suph vel scirphus interpretatur. et potuit esse lacus scirpeus
quia hebrei qualibet congregationem aquarum vocant mare. Post
iamsuph venerunt in desertum syn. depheca. alus. raphidim.
tudo synai. A monte syna usque ad cades .xxi. mansiones.
chra concupiscentie. asseroth. rethma. remonphares. lebna. ressa.
ceelatha. mons sepher. arada. macheloth. thahat. melcha.
na. messeroth. beneiacham. mons galaad. gethebatha.
ra. asiongaber. cades. A cades usque ad campestria moab.
hor. salmona. phynon. oboth. ieabarim. dibongad. helmon.
lathaim. montes abarim. campestria moab. De urbibus levitarum et
Locutus est dominus ad moysen et distinxit terminos suburbanis
terre promissionis ab oriente et occasu. meridie et aquilone. nominavit
principes tribuum qui transito iordane cum iosue et eleazaro terram dividerent.
34. Precepit quoque levitis dispersis in omnibus tribubus haberi .xlviii. civitates
ad habitandum et a muris forinsecus per circuitum terram mille passuum
optime in qua suburbana essent ad pecora eorum alenda. Ex quibus civi-
tatibus sex essent refugii tres ultra iordanem et tres citra de quibus
in deuteronomio dicetur. De matrimonio coniugiorum num. 36.
Accesserunt autem filii machir filii manasse ad moysen et dixerunt
Filie salphaat fratris nostri nobiscum habent sortem ex precepto domini. Si
ergo nupserint viris tribus alterius quia filii earum sequentur tribus patris

iner hereditas mea et sortium distribucio consideratur in iubileo · Occasione
ergo filiarum salphaat lex hec promulgata est a domino per moysen · Omnes viri
ducant uxores de tribu et cognacione sua ut hereditas permaneat in
familiis · ne commisceantur tribus · sed maneant ut a domino separate sunt · Histo-

Quinta et ultima huius historie distinctio ria deutronomii · primo ·
hebraice dicitur elleaddebarim · quod sonat hec sunt verba · grece deutro
nomius · i · secunda lex · deuteron enim secunda · nomia lex · Ex hoc nomine
quidam errantes dixerunt duas esse leges · unam datam a deo que in libris
continetur precedentibus · alteram datam a moyse que in hoc libro · addentes in asser-
cione sui erroris · quod de illa lege superius · locutus est dominus moysi · De ista
dicitur · locutus est moyses ad omnem israel · Ad hoc dicebant quia multa hic leguntur
que non supra · Immo quedam que contraria · quod non fieret si hec esset predictorum repeticio
Verius sed est quod hic per totum non est nisi lex una que etiam ab apostolo et
ab aliis sepius vocatur lex moysi quam lex dei · Hebrei etiam vocant hos
quinque libros torah · i · legem · Nec ob aliud dicitur hic liber lex secunda nisi
quia secundum hic iteratur que lex iterata · Iterantur autem hic tria ex causis
precepta et cerimonie ad commendacionem memorie et [illegible] confirma-
cionem ipsorum · beneficia dei ad roborandam dilectionem dei in illis · flagella
que sustinuerunt immunitates · ad timorem incuciendum · Si vero in hac itera-
cione videntur aliqua predictis deesse contrarietas in superficie verborum in intellectu
tamen nulla est · Fuerunt etiam qui dicerent hunc librum factum a iosue trans
iordanem · quia legitur in principio · Hec sunt verba que locutus est moyses trans
iordanem · Pro situ enim terre promissionis pretera [illegible] dicebatur cis
iordanem vel citra iordanem · Dicitur tamen liber moysi quia quod moyses verbo
tradidit iosue redegit in scripto · Videtur etiam iosephus velle quod iosue mag-
nam huius scripsit partem libri · Verius tamen videtur esse quod scriptus sit a moyse · sed
quod in principio apposuit esdras · sicut et in fine de morte moysi · Preterea in
fine libri legitur · scripsit moyses legem hanc · Et paulo post
postquam scripsit moyses verba legis huius in volumine precepit levitis · Tol-
lite librum istum et ponite in latere arche federis · legitur ergo longo tempore post

Quadragesimo anno ab exitu israel de Epylogus cum addicionibus
egypto · xi · mense · prima die mensis · Videns moyses diem mor- et determinacionibus · 2º
tis sibi imminere locutus est ad omnes filios israel et explanavit eis legem
congregans eos secundum iosephum ad iordanem in loco ubi nunc civitas
abilal est locus quidem palmarum · Hanc recapitulacionem moysi prosequentes
que supra dicta sunt omittemus superaddita dicemus · quedam que videntur contraria
ubi ... determinando · Itaque in recapitulando ait moyses · Dixi vo-
bis illo tempore · non valeo solus negocia vestra sustinere · Date ex vobis
viros sapientes et ponam eos tribunos centuriones quinquagena-
rios et decanos · Hoc videtur contrarium predictis · Supra enim consilio ietro dicitur
hoc factum fuisse · Utrumque vero factum fuit · Primo enim ad consilium socerii
ad pusillanimitatem quam sentiebat depositus est · Postea ante et assensu populi complevit
secundum eos constitutum · Iterum moyses de vic-
toria og regis basan qui restiterat de stirpe gigantum et [illegible]

argumentum magnitudinis eius monstratur lectus ipsius ferreus in rabath filiorum
amon . ix cubitos habens longitudinis et iiii^or latitudinis. de civitatibus
De civitatibus parauit moyses huius refugii trans iordanem . tres
civitates refugii trans iordanem . Bosor in tribu ruben . ramoth
galaath in tribu gad . golam in basan in tribu manasse . Hanc usus
hic erat . Si quis hominem nolens occidisset confugiebat ad aliquam
et ibi a consanguineis occisi tutus erat . Si enim extra fines
inveniret eum qui ultor sanguinis effusi esse debebat impune
homicidam . Erant autem in ea fugitivi usque ad reconsiliacionem cum
quis . vel usque ad mortem summi pontificis in qua omnes huius fugitivi
securi redibant ad propria tamen si propinqui occisi volebat illum
quod volens occidisset et coram civibus urbis eius hoc probaret
erunt eis ad occidendum . de secunda decima et maximo mandato
Addidit quoque moyses . Diliges dominum deum tuum ex toto corde
et ex tota anima tua et ex tota fortitudine tua . addidit
manna meminerit . Non in solo pane vivit homo sed in omni verbo quod procedit
dei . Panem vocavit hic omnem cibum hominis . consueverunt enim scripture
ne pro cibo ponere et est sensus . Non est mirum si cibum
domino quia non solum in usitatis cibis vita hominis stabilita est apud
solo verbo potest creare nova ex quibus vivat homo . Addidit quoque
beneficia quod iam per xl annos in deserto vestimenta eorum non
vetustate nec sotulares attriti erant . et quod eduxerat
flatu urentes circumstancia quos forte scriptura dixit ignitos
niones et dipsades que latine situle dicuntur . quod
et adeo urit ut cum calcantur vix videatur . cuius venenum
tingunt quod sentiatur . nec tristiciam sentit moriturus . Dicuntur
pro toto . Hec enim quod situla dicitur aufert sitim . hec affert
quod affert mortem sicut probaret quod infert mortem . Serpentum
vel aufert mortem . Ut etiam ostenderet quod necessitas
observandi precepta domini in terra promissionis . Addidit quod non est
illa sicut terra egypti que beneficio fluminis fecundatur ut
dominatur irrigue . Sed erat montuosa et campestris de celo
nam expectans . et ideo ibi plurimum colebatur deus
ma temporibus suis temporanea . scilicet in autumpno iactis seminibus
na in vere ad crementum . Addidit quoque de terminis terre promissionis
Omnis locus quem calcaverit pes vester erit vester a deserto quod est in meridie
no quod est in septemtrione et flumine magno eufrate qui in oriente
mare mediterraneum erit terminus vester . hoc est mare quod
Addidit quoque benedictiones et maledictiones scriptas in libro hoc
dane ingressi sunt dicentes in hunc modum . Sex tribus
ascenderunt montem garisim cum sacerdotibus et levitis . et sex
montem hebal e regione . Et qui in garizim omnes benedictiones
super legis observatores et qui in hebal responderent amen . Et
enumerat gentes quas eicerent de terra promissionis scilicet ubique
chananeum . amorreum . ferezeum . iebuzeum . eueum . etheum . In hac
cione vero nominat septimum . gergeseum . Item non quod abrahe
est quod decem delerentur qui veneria adhuc ibi erant . Sed

illic filii israel iam tres erant delete. Filii loth deleverunt gygantes
filii esau horreos. cappadoces hevem euchorum **De secunda decima.**
Addidit quoque moyses quod non liceret eis comedere decimam in oppidis
suis nec primogenita pecorum nec primitias laborum nec votiva nec
sponte oblata. sed tantum coram domino in loco quem elegerit dominus ibi comederent
cum uxoribus et liberis servo et ancilla et levita qui commoratur est
in quo precepto videtur firmandum levite quibus promissa debebatur. Hanc quidam
dicunt hoc semel esse factum cum primo. s. terram optinuerunt tunc et optime
vidit domino et deinceps reddiderunt ea levitis. sed hoc nichil
est quia nondum dominus locum sibi elegerat in terra. Unde alii dicunt quod singulis
annis hoc fiebat. sic primam post decime tocius ut primam ~~decimam~~
decimam grani. primam amphoram vini vel olei separabat sibi quam decimam
Euoluto autem multo tempore congregauit iosue omnem israel in sychem · et ait · Ego hodie ingredior viam vniuerse terre · et scio vos pronos ad irritandum deum · eligite hodie quem placet cui potissimum seruire debeatis · vtrum diis quibus seruierunt patres vestri in mesopotamia · an diis amorreorum in quorum terra habitatis · Ego autem et domus mea seruiemus domino · Et ait populus · domino seruiemus et absit ut ab eo recedamus · Et dixit iosue · testes vos estis quia hodie elegistis dominum · Et responderunt · Testes sumus · Et ascenderunt in sylo ut starent coram domino · Percussitque populus in die illa fedus cum domino · et in signum federis

effudit iosue aquam super terram · Mos erat gentilium in signum et robur f[illegible]
miti sanguinem similium ~~fundere~~ effundere · quasi dicerent · Sic effundatur san[illegible]
illius qui violauit hoc fedus · Hebrei vero aquam fundebant · ad [illegible]
in violatorem iudicabatur · Alij cum liquores non effundunt de vase [illegible]
aliquod sui vestigium in eo relinquit · solus autem aque liquor [illegible]
dicitur · quod faciebant hebrei fedus ineuntes cum domino · quasi dicerent · Sic
solum violatori huius federis peribit sicut in alijs federibus fit · sed tota
gentes eius peribit cum eo ut nullum eius vestigium appareat super [illegible]
Scripsit quoque iosue verba hec in die illa in volumine legis dei · [illegible]
et tulit pergrandem lapidem · posuitque eum subter quercum que erat in s[illegible]
ctuario domini · Et ait · En lapis iste erit vobis in testimonium · Solebant [illegible]
huiusmodi durabilia erigere ut sui diuturnitate posteris [illegible]
in memoriam reuocaret · Dimisitque populum iosue · singulos in possessi[illegible]

Post hec mortuus est iosue De morte iosue et eleazar [illegible]
cum esset · c · et · x · annorum · populum [illegible] annorum erat cum accessisset ad
moysen et xl · annis similiter ei in deserto · Ex quo colligitur [illegible]
annis populum rexit trans iordanem et sepelierunt eum in thamnathsare
que sita est in monte effraym · Et eleazar qui mortuus est et sepeli-
erunt eum in gabaa phynees et filij eius que data est ei in monte [illegible]
qui successit patri in sacerdotium Incidens · In diebus iosue apud [illegible]
tonius primus quadrigam inuenit in grecia · erat quippe apud [illegible]
tones · Busiris tyrannidem exercuit in hospites · Phenix et [illegible]
de thebeis egyptiorum in syriam profecti in regione tyri et sydonis
regnauerunt · Post cadmus recedens in grecia · [illegible] · Dan[illegible]
[illegible] · Europe filie fenicis [illegible] · Danaus qui
l · filias · l · filios egisti fratris sui interfecit · Uno tamen superstite qui reg-
nauit post eum · Incipit historia libri iudicum ·

Liber iudicum hebraice sophtim dicitur qui iudices describit [illegible]
ad hely sacerdotem et ob hoc dicitur iudicum [illegible] a [illegible]
tur quibusdam ab auctoribus sic notatus ut quasi cronica [illegible]
Et iudex quisque iudicii tempus sui in actis redegerit · quis
vero compegerit dubium est · Dicunt quidam quod samuel · alij quod esdras ·
similiter quod ezechias qui parabolas salomonis et librum non [illegible]
collegit · Dicuntur autem [illegible] moyses et iosue [illegible] iudices non [illegible]
dicimus quod non solum iudicauerunt populum · sed etiam [illegible]
nil maius in populo habuerunt nisi quod in tribulationibus [illegible]
prudentia eorum populus utebatur · Quod iudas pugnauit contra chanan[illegible]

Et factum est post mortem iosue consuluerunt filij israel dominum per [illegible]
Quis ascendet ante nos contra chananeum et erit dux [illegible]
dixit dominus · Iudas non personam sed tribum demonstrans · Credit in [illegible]
leph [illegible] populo · sed pro modicitate temporis [illegible]
[illegible] est · Et ait iudas symeoni · Ascende mecum in sorte [illegible]
et pugna mecum contra chananeum et ego pergam tecum in sorte [illegible]
Non tamen legitur symeon propria postea sortem habuisse · sed ad [illegible]
inde ut impleretur quod predixerat iacob de symeon et leui · [illegible]
eos in iacob et dispergam in israel · Ascenderunt que symeon et iuda[illegible]

in bezech et percusserunt in ea x milia virorum. comprehenderuntque adonibe-
zech, id est dominum bezech. adonay enim dominum sonat. ceciderunt summitates
manuum et pedum eius. Hebrei tamen primo videtur sonare pollices, ex hoc
cesis non est homo ydoneus ad arma ferenda. Et ait adonibezech. Septuaginta
viro hoc pacto inermes ad arma ferenda. Et ait adonibezech. Sic
mensa mea ciborum reliquias. sicut feci ita reddidit mihi deus. Et adducentes in ierusalem percusserunt
eam tradentes incendio. Et mortuus est ibi adonibezech et mortuus est. Nec
intelligendum quod filii israel tunc habuerint ierusalem in dicione sua. expul
so iebuzeo. Hoc enim factum non est nisi usque ad tempora david qui expulsis ie-
buzeis sedit in ea et transtulit eam de beniamin in sortem regni. Hoc videtur
a quibusdam supplendo dictum et factum esse vivente iosue ante distributionem
sortium. quod concessimus sibi iudas habebat ierusalem et totum supplendo
dictum esse usque ibi. Et sic recepit alius quod non noverunt dominum. Alii tradunt
eo ordine dictum esse quo factum. Et ibi demum incipit recapitulacionem. Dum
sic ergo iosue pugnaret, precessit etiam caleph in ebron, id est terram gyganti et
expulsis hostibus plenius possedit eam. et recapitulat hic historiam quod supra
dicimus factum in cariath sepher. Cepitque iudas gazam et ascalon et
acharon cum finibus suis nec potuit delere habitatores vallis quia falcatis
curribus habundabant. De cyneis et transgressione populi.

Filii autem ietro cynei cognati moysi ascenderunt de civitate pal-
marum cum filiis iude in desertum sortis eius quod est ad meridiem. Isti
sunt filii iobal fratris sephore uxoris moysi. qui relicto patre et patria secuti
sunt moysen et deinceps habitaverunt in medio filiorum israel. Civitas autem
palmarum dicitur hic engaddi. vel quia iericho sic solet appellari. forte
de terrestribus eius. ubi erant cum beniamin transtulerunt se ad iudam. Benia-
min autem post iudam ascendit in ierusalem. hic quidam putant eam fuisse exempli.
Nec potuit eicere iebuzeum. sed passus est eum habitare secum sub tributo.
Effraym quoque ascendit in bethel que prius luza vocabatur. videntes que
hominem egredientem de obsessa civitate dixerunt ei. Ostende nobis introitum
civitatis et faciemus tecum misericordiam. Quo ostendente percusserunt eam. hominem
vero et domum eius dimiserunt. Qui transiens in terram cethym edificavit ibi
civitatem et vocavit eam luzam. Nec delevit effraym chananeum sed
passus est eum vivere sub tributo. Similiter et alie tribus cum essent confortate
non interfecerunt eos. potius habere tributarios quam delere. transgredientes mandatum
domini. et converterunt se ad agriculturam. Quidam ad divicias se tradentes per
epulas et libidinem iam incesserunt facti in consuetudine vel in commixtione legum
integri non erant. De loco flencium. Judicum 2º.

Angelus autem domini apparuit in galgala et dum conversi sunt ad eum de sum-
mis suis transtulit se ad alium locum et increpavit eos. Cumque ipse
dixisset eis dominus per angelum beneficia que eis contulerat addidit. Cur ista
fecistis cum habitatoribus terre huius et aras eorum non subvertistis et noluistis
audire vocem meam. quapropter dii eorum erunt vobis in ruinam. Hec loquente
angelo elevaverunt vocem suam et fleverunt. Et vocatum est nomen
loci illius locus flencium agnominatus ab eventu. sicut et galgala col-
lis preputiorum. immolaveruntque ibi hostias domino. Porro hic recapitulat hys-
toria de iosue ad continuanda ordinem seriem. Dimisit ergo iosue populum
et abierunt filii israel unusquisque in possessionem suam. servieruntque domino

cunctis diebus iosue et seniorum qui post eum vixerunt et noverant opera
que fecerat cum filiis israel. Mortuus est iosue et omnis illa generatio simul
congregatum est ad patres suos. De othoniel iudicium tercio.
Et surrexerunt alii qui non noverunt dominum id est non viderunt opera
eius quas fecerat eis in exitu de egypto in deserto et in ingressu
promissionis. Fecerunt quoque malum in conspectu domini et servierunt baalim et
astaroth et diis terre. Contraxerunt quoque coniugia cum alienigenis quos de medio eorum
ob rem indignationem dominus non delevit gentes de medio eorum
essent eis in aculeum et laborem. Et tradidit eos dominus in manus chusan
rasathaim regis mesopotamie et syrie. Servieruntque ei viii annis.
Et clamaverunt ad dominum qui suscitavit eis liberatorem othoniel
tre caleph quem iosephus ceneth vocat qui et iunior prius vel de
qui ceneteus. Et fuit dominus cum eo et pugnavit adversus cusan
thaim et oppressit eum et quievit terra xl annis et mortuus
othoniel. Hic dicit iosephus occasione beniamin secundum ...
lecinte quod nos ibi ponemus sequentes ordinem ... et ...
quia hebrei sub hoc ... anos ... et ...
sub aliis iudicibus aliter non sciret historia
Istis diebus othoniel cathmus regnavit thebis ex cuius filia
le natus est dyonisius liber pater. Fenicia condita est a phenice
fenicibus quasdam tradidit litteras et ad scribendum vermiculum
unde et color ille pheniceus dicitur est qui postea mutatus
est puniceus. Ephira que nunc chorinthus dicitur a sisipho condita
... filius europe regnavit in creta. De aioth et sangar
Addiderunt autem filii israel facere malum in conspectu domini qui
confortavit adversus eos eglon regem moab et copulavit
ei filios amon et amelech. Qui transiens iordanem percussit
et posuit ydola sua in galgalis et fecit sibi domum in urbe palmarum
id est iericho et servierunt ei filii israel xviii annis. Et clamaverunt
ad dominum qui suscitavit eis salvatorem aioth filium gera
filium gemini qui utraque manu utebatur pro dextera. Gemini legitur
fuisse quendam vile in beniamin qui posterius fuit ...
nitus ob ignominiam tradunt hebrei hunc fuisse beniamin ...
anfesim. Ubi nos ponimus gemini iamin ponitur quod quasi ...
dextrum vel dexteram qui latine geminus dici posset quasi ...
natus cum thehe ubi geminus aiamin pro iamin ...
aut a iamin geminus sicut a dextera dexterius. Miserunt
israel per aioth munera eglon regi qui fecit sibi gladium
de longitudinis unius palme manus et accinctus est eo in ...
latere vel femore subter sagum quod est quadrature forme ...
indumentum. Erat autem eglon crassus nimis. Cumque obtulisset ...
munera prosecutus est socios qui cum eo venerant et reversus ad ...
ait. Verbum secretum habeo ad te o rex. Egressis quoque omnibus qui circa
erant accessit ad eum aioth et ait. Verbum domini habeo ad te ...
intelligendum est de sompnio ex mandato domini. Qui statim surrexit
de throno. Extenditque aioth manum sinistram et tulit sicam
de dextro femore et infixit in ventrem eius valide ita ut capulus

stagnum in ventre et corpore. Ipse vero clausis diligenter ostiis cenaculi per
posticum egressus est et aufugit. Servi autem regis post longam moram
intrantes invenerunt eum mortuum et iacentem in terra. Venit quoque Aioth
in Seirath et insonuit buccina in monte Effraim et descenderunt cum eo
filii Israel ad vada Iordanis que transmittunt in Moab et volentes transire
Moabitas percusserunt circiter .x. milia et humiliatus est die illa
Moab sub manu Israel. Et quievit terra .lxxx. annis. Et mortuus est Aioth.
Et post hunc de philisteis volentibus intrare Israel Samgar occidit .dc. viros
vomere uno et ipse quoque defendit Israel et eodem anno vitam finivit. Iudicum
In diebus Aioth Cinereae civitas condita est in Libya. Triptolemus legatur
Eleusim veniens frumentum ibi distribuit. Proserpinam rapuit
Orcus rex Molossorum cuius ingens canis Cerberus Pirithoum de-
voravit qui cum Theseo ad rapiendam Proserpinam venerat. Sed et Theseum de-
vorasset nisi superveniens Hercules eum liberasset. Frixus et Helles
insidias novercales cavens [illegible] in navi cuius insigne erat aries. In Dar-
dania regnavit Tros a quo Troia condita fertur. Perseus Gorgo-
nem vendit meretricem que ob nimiam pulchritudinem spectantes suos stupe-
ntes reddebat. Dionisius in India Nisam condidit et a suo
nomine eam appellavit. De Delbora et Barach Iudicum .c.

De edificacione troye civitatis

Post mortem Aioth addiderunt filii Israel facere malum in conspectu domini
qui tradidit eos in manus Iabin regis Chanaan qui regnavit
in Asor. Et habuit ducem exercitus sui Sisaram. Ipse autem habitabat
in Aseroth gentium que sic dicebatur quia non ab uno populo sed a multis col-
lectis gentibus habitabatur. Et oppressit Israel per .xx. annos. Et clama-
verunt ad dominum. Erat autem Delbora prophetes uxor Lapidoth. Que posu-
it tentorium suum in monte Effraim sub arbore palme. Que dicebatur
palma Delbore. Et ascendebant ad eam filii Israel pro omni iudicio. Que
misit et vocavit Barach filium Abinoem de Cedes Neptalim.
Mulier enim [illegible] ad plenum vocatur vir suus. Quia supra dictum est Lapidoth
creditur et idem fuisse Barach et Lapidoth quia eadem est utriusque nominis
[illegible] et utriusque [illegible]. Delbora vero hebraice lap[illegible]
Que dixit ad eum. Precepit dominus Israel. Duc exercitum in montem Thabor .x.
milia de Neptalim et Zabulon. Ego vero adducam Sisaram in manu tua iuxta
torrentem Cyson. Et Barach. Cui Barach nisi venias mecum non pergam.
Que ait. Ibo. Sed victoria tradetur in manus mulieris. Nuntiatum est Sisare
quod ascendisset Delbora et Barach in montem Thabor ad pugnandum et con-
gregavit de torrente Cyson .ccc. milia armatorum. Ut ait Iosephus et
.x. milia equitum et nongentos currus falcatos et alios currus [illegible]. Et
.c. ait Delbora ad Barach. Descende. Hec est dies qua dabit dominus Sisaram in
manus tuas. Et descendit cum .x. milibus. Delbora stante in monte ad orandum.
Et terruit dominus Sisaram et [illegible] multitudinem eius. Venit grando magna
et pluvia immixta in facies eorum. Arcus et fundibule [illegible]
plurimi de equis et curribus suis excussi conculcabantur. Sisara in fugam conversus
vel [illegible] de curru exsiliens et fugiens pervenit ad tentorium Iahel
uxoris Aber Cinei. Aber enim cum omni domo sua recesserat
a fratribus suis ut diximus et habitabat in [illegible] et tetendit ta-
bernacula sua in valle Sennim iuxta Cades et erat federatus regi Asor.

et domum Aber Cynei. Porro Iahel suscepit fugientem et rogantem ut
celaret eum et petenti poculum dedit ei lac ut gravius dormiret. Illo
vero obdormiente clavum ferreum percussit in malleo per verticem tymporis
sit usque ad terram. Et Barach post paululum venienti ostendit eum super
confixum. Et sic impletum est quod dixerat Delbora quod per mulierem hoc
accideret. Barach vero agens exercitum super Asor obviam venientem
succendit civitatem funditus et eciam ut ait Iosephus. Tunc cecinerunt Delbora
et Barach canticum domino in quo hortantur victores ad benedicendum dominum
memorando beneficium quod fecit dominus Israheli cum daret legem in tonitruo
et pluvia. Addidit eciam quomodo per singula ut diximus cessaverunt
a semitis Israel et quomodo defecit fortitudo Israel donec surgeret Delbora.
In qua nova bella elegit dominus ut mulier de viris triumpharet.
Sequitur in cantico. Surge Delbora et loquere canticum. Nomen eius Hebraice
dicitur quod de Amalech victo in Raphidim ab Effraym id est a Iosue
et qui plantavit eundem postea videndum per Saul ex Beniamin. Et cum
eos qui de Manasse et Ysachar et Zabulon et Neptalim cum
venit ad prelium. Utinam eos Ruben et Gad et Dan et Azer
... venire. Quod autem dicit Ruben eorum se divisit intelligitur
quod se a pugnantibus vel quod Ruben et cetere se divisi erant
partibus ut irent ad prelium. Alias de hortantibus. Quia autem pugnaverunt
eos in Chanaan iuxta aquas Mageddon intelligitur in regione
id est flumina que preterfluunt Mageddon. Hebreus habet in Thanac
super altitudinem campi. Et sciendum quod in campo ubi preliatum est
... Quod autem sequitur. Stelle pugnaverunt adversus Sisaram
... stelle est quod ... constellacione hoc fuit ...
... et fulgura ... de sublimi ferebantur in eos ac si stelle
et tropologicos. Sequitur. Torrens Cyson traxit cadavera
torrens cadaverum supple eorum cadavera Egipciorum. Cadumim
antiquorum et postea per mare rubrum eo quod antiquorum ibi facta
... Quod sequitur. Conculca anima mea robustos. Vox est
adhortantis. Sequitur. Maledicite terre Meroth. Dixit angelus.
Meroth fuit unus de principibus Chanaan. Delbora vero ...
angelum domini vel Michael qui preerat Israheli dixit ut maledi...
Meroth quod sonat archanum id est angelis apostaticis qui ...
ei in archano. Postea vero Iabel qui forte ...
... per xl annos. Iudaeus Eo tempore regnum defecit apud ...
latinum et in Micenas. Obiit liber pater. Cuius sepulchrum ...
... Apolline aureo. Pingitur vero muliebri corpore ...
... cum viris habuit in exercitu. Ylium ab Ylo condi...
... conditum est tunc. De Gedeone.

Fecerunt iterum filii Israel malum coram domino qui tradidit eos
in manu Madyan vii annis. Ascendebat enim Madyan et Ama-
lech singulis annis in Israel vastantes segetes eorum et ...
... trahentes in predam. Cumque clamasset Israel ad dominum misit eis
virum prophetam per quem exprobravit eis dominus beneficia ...
et tamen noluerunt audire vocem eius. Venit autem angelus domini et sedit
sub quercu que erat in Effra. Hec est vir que ... domine
super quam predicabat eciam quercus et ager pertinebat ad ...

ezri .i. honorabile inter alios illius familie. Gedeon uero filius eius timens hos-
tes qui irruerant super terram in occulto excuciebat frumenta in tor-
culari ut haberet viaticum ad fugam. Josephus dicit hoc maioris fuisse
diuine propiciationis indicium quod et tunc verteret torcular pro area
fuitque et ea pro eo ut aree repleretur et arche et torcularia. Et
ait angelus ad eum. Dominus tecum virorum fortissime. Cui Gedeon. Si dominus
nobiscum. cur apprehenderunt nos hec mala. Et respexit in eum dominus in
angelo. et ait. Vade. ego mitto te. In hac fortitudine tua quam
confero tibi respiciendo vel mittendo percuties madian quasi virum
unum. Cui Gedeon. Si gratiam inveni coram te. ne recedas donec
revertar. Et coxit Gedeon hedum posuitque carnes et azimos pa-
nes in canistro et misit ius in ollam offerens ea angelo. Cui an-
gelus pone carnes et panes super petram et ius desuper funde. Et
protendit ea angelus summitatem virge quam gerebat et ascendit ig-
nis de petra et consumpsit omnia. angelus autem evanuit ab oculis eius.
Timensque Gedeon ait. Heu mi domine quia vidi angelum dei. Cui dominus.
Ne timeas non morieris. Eadem nocte ait dominus ad eum. Destrue
aram baal quam exexit pater tuus et nemus circa eam succide et ce-
de taurum quem saginat pater tuus. Alium vero taurum septennem quem cunctis
dedicauerit pater tuus. offeres mihi in holocaustum super altare quod edificaturus
es in summitate petre super quam ante posuisti sacrificium. Gedeon
timens patrem et cives cum .x. seruis omnia nocte compleuit. et vi-
derunt altare pater domus et latuit. Tunc illi in crastino dixerunt cives ad Joas
educ filium tuum ut moriatur quia hoc fecit. Quibus ille ait. Numquid
ultores estis baal. Si deus est baal vindicet se. Ex tunc dictus est Ge-
deon ierobaal .i. fortitudo baal .q.d. fortis contra baal. Igitur ma-
dian et amalech et orientales transito iordane sederunt in valle iezrael qui lo-
cus. Spiritus autem domini induit Gedeon vocauitque domum abiezer de
familia eius ipse et misit nuncios ad manassen et aser
et zabulon et neptalim. qui occurrerunt ei .xxxii. milibus Et pe-
tiit signum in vellere posito in area si nocte illa vellus rore compleretur
area sicca remanente et factum est ita. et expresso vellere rore concha
impleuit. Sequenti nocte ne casu factum putaretur petiit signum
contrarium ut area irroraretur et vellus siccum esset quod factum est. Venit
ergo Gedeon cum suis ad fontem qui dicitur arad et ait dominus ad eum.
Multus tecum est populus. ne dicat israel meis viribus liberatus sum. clama
in populo. Qui formidolosus [illegible] est recedat. tunc intelligitur
esse illa terra quam mandauit dominus clamanda in populo cum non tacuisse quod moy-
ses in deuteronomio dixit. Qui edificauit domum et non dedicauit eam
revertatur. Similiter qui plantauit vineam et nondum fecit eam communem. Et
qui desponsauit uxorem et nondum accepit eam. et reuersi sunt de populo.
.xxii. milia. et tantum .x. milia remanserunt. Et ait dominus ad Gedeon
Adhuc populus multus est. Duc eos ad aquas [illegible] in caloe
meridiei. eos qui lambuerint aquam manu et lingua sicut canes solent
magis magnanimos separabis et inventi sunt ex eis tantum .ccc. viri. Et
ait dominus. In his .ccc. viris liberabo vos et
tradam madian in manus tuas. Reliqui abierunt

et abariis est pro nimio et tubis gedeon se etiam dedit. Eadem nocte
dixit dominus ad gedeon. Descende ad castra madyan tu et puer tuus
pharam tecum et audies quid loquantur et confortabuntur manus tue
dissolutum est cor eorum. Qui descendens stetit in parte castrorum
ubi erant vigilie et audivit quendam narrantem sompnium compari
suo sic hunc modum. Videbam quasi panem ex ordeo subcinericium et
inrevolubilis descendebat in castra madyan usque in tabernaculum
venit illud et percussit funditus coequavit. Et ait. Is cum loquebatur. Vile
ordeum nimis ... et ... videtur abiectus. et in israhele ...
est familia gedeonis non est aliud hoc nisi gladius gedeonis ...
didit dominus in manus eius madyan. Quod audiens gedeon ...
et reversus ad socios ait. Surgite tradidit nobis dominus madyan ...
visit eos in tres partes et dedit eis tubas in manus eorum ...
lagenas quoque vacuas et lampades in medio lagenarum ...
Quod me facere videbitis facite. Et ingressi sunt per gyrum castrorum
tribus locis in vigilia noctis medie. Et cum fregissent ...
erant lampades in manibus et sonantes [illegible] tubis clamaverunt
gladius domini et gedeonis. Secundum iosephum vacuas quoque ...
portaverunt. quibus simul complosis terribilis audiebatur ...
Quo subito hostes excitati turbati sunt nec cognoscentes ...
in mutuis vulneribus ceciderunt alii in fugam conversi ...
serunt. Viri autem de neptalim et manasse qui ... fugien-
tes persequebantur madyan. Effraym quoque descendit in occursum fugien-
tes et occupavit iordanem usque bethberam et occidit duos viros ...
dyan oreb et zeb. Oreb in petra quadam. zeb vero in torculari. Et ...
tum est nomine loci illius torcular zeb. nomine alterius petra oreb. ...
dicto apice litere differt ab nomine oreb. ubi aque ... effu-
sum moysi et forte dictum est in inspiracione ¶ Et portaverunt ...
capita regum ad gedeonem. et iurgantes dixerunt ad eum. Cur ...
despexisti vocare nos ad pugnam. Qui ait. Ne forte indignamini ...
melior est enim racemus effraym vindemiis abiezer. ...
nus vestras dati sunt reges [illegible] madyan. ...
potui. Quo audito requieverunt spiritus eorum. Transiensque gedeon iorda-
nem cum ccc viris nec potuit persequi fugientes pre lassitudine.
Et ait ad viros sochot. Obsecro date nobis panes ut persequi
persequi zebee et salmana. Qui negaverunt ei et subsannantes ...
[illegible] eum. Idipsum responderunt ei viri phanuel petenti panes ab eis ...
Zebee autem et salmana in valle quiescebant nichil adversi suspi-
cantes cum xv milibus virorum. cesis de exercitu c. xx milibus. Gedeon ...
irrumpere noctu super eos et turbato exercitu eorum duos reges ...
hensos secum adduxit. Et rediens apprehendit puerum de sochot ...
ab eo nomina seniorum sochot, et descripsit ei. Reversus ... viros ...
spinis et tribulis contrivit usque ad mortem ... subsannantes ...
Turrem quoque phanuel subvertit occisis habitatoribus civitatis. ...
differt in [illegible] ephraim regionem suam dixit ad zebee et
salmana. Quales erant viri quos occidistis in thabor. Qui ...
dixerunt. Similes tui. et ait eis. Fratres mei erant ...

Judicum 8.

primogenito suo. Interfice eos. Qui non eduxit gladium timens quia puer erat. Surgens autem gedeon occidit eos. Et dixerunt omnes filii israel ad eum. Dominare nostri tu et filius tuus et filius filii tui. Quibus ait. Non dominabor vestri nec filius meus sed dominus dominabitur in vos. Unum postulo a vobis. Date mihi inaures aureas de preda. Qui dederunt. Et fuit pondus aurei mille septingentorum sicli. Et fecit ex eo gedeon ephot. et posuit in civitate sua ephra. et fornicatus est omnis israel in eo et factum est gedeoni in ruinam et omni domui ~~sue~~ eius. Per ephot quod est dignius indumentum pontificis intelligitur quod gedeon fecit omnia indumenta pontificalia. et fecit in ephra tabernaculum et altare preter illud quod erat in sylo. et factus est sacerdos. immolavit super illud hostias deo domino. Quapropter offensus dominus omnem stirpem domum eius delevit. Habuit enim lxx liberos de uxoribus. et unum nomine abymelech de concubina sychimita quam habebat in sychem. Hic occidit omnes fratres suos preter unum. Et quievit terra per xl annos quibus prefuit gedeon. Qui mortuus est in senectute bona et sepultus in sepulchro patris sui in ephra. Incidens. Temporibus gedeonis mercurius invenit syringas. dictas hoc nomine a syringa uxore chirimi armenia que propter zelum armenie a viro suo recessit. Invenit etiam lyram hoc modo. Reperit enim concham testudinis mortue et putrefacte. cuius nervuli arefacti et extensi in ore conche ad tactum tenuem sibilum reddebant. Incertum est quis fuerit iste mercurius vel hermes an trismegistus phisicus an mercurius minor. Tres enim fuisse legitur per iosephum. Tyrus condita ante templum annis ducentis et xl. Dedalus aves fecit metallinas quas volare fecit artificiose spiritu incluso. dicitur etiam fecisse simulacra se moventia. Primus enim omnium pedes statuarum a se invicem separavit aliis coniunctis fabricantibus. Qui cum filio nato fugiens propter investigabilem fugam pennis avolasse estimatus est. Argonautarum hystoria facta est. Orpheus clarus habitus est cuius discipulus fuit museus. Linus magister herculis claruit. Minos cretensibus creditur legem dedisse. quod plato negat. Hydram vero callidissimam fuisse sophistam asserit plato.

Post mortem gedeonis filii israel ~~Abymalech~~ De abymelech iudice. ix. fornicati sunt cum baalim nec fecerunt misericordiam cum domo ierobaal. Abiit autem abymalech in sychem ad omnem cognationem matris sue et ait. Considerate quia os vestrum et caro vestra sum. Loquimini quod ad omnes viros sychem. Quid vobis melius est. ut dominentur vestri lxx viri filii ierobaal an ut dominetur unus vir. Et locuti sunt de eo ad omnem populum et inclinaverunt cor ipsorum post abymalech et inmanerunt ei omnes in phano baal. Qui nomine demeepo vocatur et est ydolum. baalberith. berith enim confirmacio. Et tollentes de phano lxx pondo argenti dederunt ei. Qui conduxit ex eo viros inopes et vagos et ascendit in ephra occidit omnes fratres suos super lapidem unum excepto ioathan. Tunc congregati sunt omnes viri sychem et constituerunt abymelech regem iuxta quercum in sychem. Hic primus dicitur rex in israel. Potest dici hic demum esse primus rex. Hic tamen regnavit in sychimitis. Quod cum nunciatum esset ioathan stetit in vertice montis garizim et exclamavit ad omnes

Ioatham interpretatur consummatum plasma.

sychimitas qui convenerant ad diem festum. Audite me viri sychem
ierunt ligna silvarum ut ungerent regem super se. Et dixerunt olive
impera nobis. Qui noluit deserere pinguedinem suam qua dii utuntur et ho
mines. Idipsum dixerunt ad ficum que noluit deserere dulcedinem
fructus sui. Idipsum dixerunt ad vitem que noluit deserere vinum quod le
tificat deum et homines. Dixerunt que ad ramnum. Impera nobis. Que respondit
Venite ergo et requiescite sub umbra mea. Alioquin egrediatur
ignis de ramno et devoret cedros libani. Est autem ramnus genus
rubi quod vulgus senticem appellat, asperum nimis et aculeatum. Ter
res. Iosephus dicit hoc quod ligna habent naturam ignem profundi. Tunc
posuit eis paradigma dicens. Interfecistis filios ~~ierobaal~~ ierobaal et
filium ancille eius super vos constituistis regem. Si recte egistis erga ie
baal et domo eius recte sit vobis. Sin autem egrediatur ignis de a
bimelech qui devoret ipsum et vos. Que cum dixisset aufugit. De mor

Factum est autem cum regnasset super te abymelech.
sychem tribus annis abymelech, dedit eis deus spiritum malum ad
eum et expulerunt abymelech ab urbe et a tribu. Qui congregat
tricinia super eos agens predas ex eis. Tunc vero videns descenderat
gaal cum fratribus suis in sychem. Quo defendente eos, egressi pharum de
sychimite ad vineas uvasque calcaverunt et ingressi phanum dei
sui inter epulas et pocula maledicebat abymelech. Gaal quoque dice
bat. Quis est abymelech ut serviamus ei. Nunquid non est filius ierobaal qui sum
mere deum est. Qui non est secundum spiritus. Et addidit. Utinam daret quis popu
lum meum in manu mea ut auferrem abymelech de medio. Zebul vero quem fecerat
abymelech principem in civitate clam misit nuntios ad abymelech
Surrexit itaque abymelech cum exercitu nocte et tetendit insidias
iuxta urbem. Egressus que gaal mane et zebul cum eo stetit in por
ta. Cumque ascendisset abymelech, dixit gaal ad zebul. Ecce de
montibus multitudo descendit. Cui zebul: Umbras montium vides
quasi hominum capita et hoc errore deciperis. Rursumque gaal: Ecce
quasi de umbilico terre descendit. Cui zebul: Ubi est nunc os tuum quo lo
baris contra abymelech. Egredere et pugna contra eum. Et pugnavit cum eo
et victus est et fugiens recepit se in urbe. Zebul autem expulit eum et
socios eius. ~~et interfectis habitatoribus~~ Sequenti die abymelech ex
pugnavit urbem, interfectis habitatoribus eius eamque destruxit ita ut
sal in ea dispergeret. Habitatores vero turris sychimorum ingressi sunt fa
num dei sui quod locus munitus erat. Iosephus tamen dicit profugos et mu
nicia ~~congregata~~ congregatos super petram munitissimam et in monte
batur eam munire. Quod videns abymelech ascendit in montem Sel
mon et percisum ramum ferens dixit sociis. Facite quod ego. Qui cedentes
tes ramos et circumdantes presidium succenderunt illud et igne et
fumo perierunt in eo mille viri sive mulieres et similes. Et inde
dens inde abymelech obsedit oppidum thebes. Erat autem turris
in medio in qua receperant thebite. Et non quia a thebe
dicitur thebes. A thebis grecorum thebani. A thebe vero the
bite. Cumque abymelech expugnaret turrim et supponeret ignem
teret, mulier fragmen mole desuper iaciens fregit cerebrum
eius. Qui ait armigero suo. Percute me ne dicatur quod interfecit

femina. Qui interfecit eum. Hanc pestem dicit iosephus accidisse effraymitis
eo quod inuiti sunt adiuisse gedeonem ad aquas iordanis. Incidens.
Eo tempore chorus inventus est in grecia. Quod instrumentum dicit strabus pel-
lem esse cum duabus cicutis per alteram inspirat per alteram reddit sonum.
Et scribit Ieronimus quosdam sine aspiratione pro voce autem cantum et
mensuram et verbo cum c aspirato. h. De thobal. Iudicum. 10. — Iudicum. 10.
Post abymelech iudicavit israel thola de ysachar filius phua pa-
trui abymelech. Nec te moveat phua et ioas fratres esse cum
alter de ysachar alter de manassen fuit. Filii enim fuerunt unius matris
et duorum patrum de diversis tribubus. Hic iudicavit israel in samir xxiii
annis et mortuus est. Incidentia. Eo tempore hercules antheum vicit
in palestina et ylium vastavit. Bellum fuit inter laphitas et centauros
quos palefactus in libro de incredibilibus nobiles fuisse describit
equites thessalorum. Priamus laomedontis regnavit in troya. An-
drogeus athenienses dolo interficitur. Theseus in agone minotaurum occi-
dit. Propter quod athenienses pueri tributarii a pena liberati sunt.
Fuit autem minotaurus vir quidam inhumanus et valens in palestina
cognitus minois. Unde sic dictus est quasi minois taurus i. minois carnifex.
Post tholam iayr galaadites de tribu De iayr
manasse iudicavit israel xxii annis habens xxx filios quos
fecit principes xxx civitatum quas vocavit nomine suo avoth
iayr i. oppida iayr et mortuus est. Incidens. Eo tempore theseus rapuit
helenam quam rursus receperunt fratres eius castor et pollux et
capta matre thesei eo peregre profecto. Philistus scribit a cimbrone tyrus
zoro et carthagine carthaginem condita. Carmentis nimpha la-
tinas litteras invenit. De iepte.
Iterum filii israel fecerunt ydolis et servierunt et tradidit eos dominus
in manus philistiim et amon et afflicti sunt vehementer xviii annis
omnes qui habitabant trans iordanem in terra amorreorum. Amonite
transmisso iordane vastabant iudam et beniamin et effraym. Qui
afflicti clamaverunt ad dominum. Qui cum dominus respondisset eis. Ite et
invocate deos quos elegistis. Proiecerunt omnia ydola de finibus suis
et doluit dominus super miserias eorum. Congregati quoque sunt filii israel in mas-
phat contra amonitas qui fixerant tentoria in galaad. Et fuit eo
tempore iepte galaadites vir fortissimus pugnator. sed filius meretricis. — Iudicum. 11.
Habuit autem uxorem de galaad de qua suscepit filios. Qui cum ado-
levissent eiecerunt eum tamquam spurium dicentes. Non poteris esse
heres in domo patris nostri. Et abiit in terra thob. Et congregati sunt
ad eum inopes viri et latrocinantes. et eum quasi principem sequebantur.
Desideraverunt igitur ad eum maiores natu de galaad dicentes. Esto
princeps noster et pugna contra filios amon. Qui ait. Nunquid estis vos
qui odistis me et eiecistis me. Qui dixerunt. Non odimus te nec
venimus ut persequamur te sed ut sequamur te. Et ait iepte. Iurate quod in
eam mihi eritis. Iuraverunt ei. et ascendens cum eis in masphat locutus est coram
domino et fecit eum populus principem suum. Et misit nuntios ad regem amon
dicens: Quid tibi et mihi? Venisti in terram meam ut vastares eam. Qui respondit. Abstu-
lit israel terram meam cum ascenderet de terra egypti et recepi eam. Cuius

Corus est una chorus. mensura quoque chorus.
Dulce chorus resonat. flamma chorus est.

s. ccc. annis

iepte dixisset eam iure belli acquisitam et multo tempore possessam · noluit ac-
quiescere amon ut exponet · Erat iepte · Iudicet dominus hodie inter israel et
amon · Et factus est spiritus domini super iepte et egrediens ad pugnam
votum vovit domino dicens · Si tradideris filios amon in manus meas
quicumque primus egressus de domo mea occurrerit mihi revertenti cum pace
eum offeram domino · Et percussit iepte filios amon plaga magna
nimis et humiliati sunt coram filiis israel · Revertenti autem iepte in masphat
occurrit ei unigenita filia eius tympanis et choris · Qua visa scidit
vestimenta sua et ait · Heu filia decepisti me et decepta es · Aperui
os meum contra te domino · Filia vero non dolens in hoc casu pro victoria pa-
tris ait · Fac mihi pater quodcumque pollicitus es · Hoc solum precor mihi ut duobus mensibus
circueam montes et plangam virginitatem meam cum sodalibus meis · Et ait
Vade et expletis duobus mensibus [struck] redijt ad patrem suum et fecit
ei sicut voverat · Exinde mos inolevit in israel · ut annuatim convenirent
filie israel et plangant filiam iepte quatuor diebus · Arguitur Josephus
quod obtulit holocaustum nec legitimum nec deo carum · Cum si [...]
obitum habuisset immolasset eum domino · Fuit ergo in vovendo stultus [...]
do [...] · Potuit tamen an votum esse bonum quod irruit spiritus domini super eum
etiam post votum · Ita et apostolus ponit eum in cathalogo bonorum · Cum
[...] · Faciendum consilio spiritus sancti dicitur eum hoc fecisse

Judicum xij Tunc venientes ad eum effraym dixerunt · Cur contempsisti nos vocare
ad pugnam · Incendemus te et domum tuam · Qui ait · Vocavi vos et
venire noluistis · Et vocatis viris galaad pugnavit contra effra-
ym · Occupaverunt ergo galaadite vada iordanis · Cumque venisset ad
eos quidam fugiens de effraym obsecrans ut permitterent eum transire
dicebant ei · Numquid effrateus es · Quo dicente non sum · interrogabant eum
dic ergo sebboleth quod interpretatur spica · Qui respondebat theboleth
lingua exprimere spicam non valens · statimque iugulabant eum et ceciderunt
eo tempore de effraym [struck] xlij · milia · Et nota quod effrateus potest dici
effratita · effrateus enim proprie dicitur bethleemita · Et iudicavit iepte
israel vj · annis et mortuus est · et sepultus in civitate sua sephe
que est in galaad · Hic ab etate moysi usque ad se [...] ait supputantur
ccc. annos · Annis huius non addit sed ponit annos afflictionis [...]
presserat · Incidens Eo tempore hercules se ideo flammis [...]
bus inciderat pestilentie · de abessan ·

Post iepte iudicavit israel abessan vel esebon bethleemites
de iuda · vij annis · Incidens Eo tempore agamemnon regnavit [...]
mis · menelaus lacedemonie · de haylon ·

Post abessan haylon · zabulonites iudicavit israel x annis
Hic cum x annis iudex fuisset in lxx interpretibus non habetur et [...]
descriptio supplendo eusebius iosue filio nun [...] samueli et [...]
annos scriptura sacra non dicit plures annos quam in iosepho legun-
tur annotavit · Quorum ab egressu israel de egypto usque ad edifica-
tionem templi · cccc · lxxx · annorum summa quam scriptura ponit [...]
Eo tempore allexander helenam rapuit · bellum decennale [...]
qui allexander etiam paris dicitur · Themion et amazones [...]
tulere subsidium · de abdon ·

Post haylon abdon [...] de effraym iudicavit israel viij
annis · Sub hijs tribus iudicibus non recessit israel a domino [...]

cui et ideo nichil memoriale fecisse legitur. Tunc quoque facta est sub Abdon clades fratrum in Beniamin pro uxore levite. Incidentia. Herculis anno tercio capta est Troya. Et fluxerunt tempora ad primam olimpiadem annis ccccvi. Cuius greci ad gloriam victorie sue ceperunt annotare tempora sic. Anno a captivitate troye. Incepta olimpiade deinceps annotaverunt tempora sic. Anno primo olimpiadum. Tandem romani florentes annotaverunt tempora sic. Anno ab urbe condita. Ultimo xpiani annotant. Anno ab incarnatione domini. Capta troya menelaus et helena venerunt ad thonem regem egypti quem homerus polibum vocat anno tercio a captivitate troye vel quinto ut quidam volunt. Regnavit eneas tribus annis in ytalia in qua post eum regnaverunt ascanius silvius postumus latinis annis circiter quingentis tribus.

De sampsone judicum xiii.

Rursum filii israel peccaverunt coram domino qui tradidit eos in manus philistinorum xl annis a qua servitute hoc modo liberati sunt. Fuit vir quidam de stirpe dan nomine manue habens uxorem pulchram sed sterilem. Cui sepe oranti in agro pro sterilitate amovenda apparuit angelus et ait: Concipies et paries filium. Cave ne de cetero comedas aut bibas inmundum secundum legem nazareorum. Filius enim tuus erit nazareus dei ex utero matris sue et ipse incipiet liberare israel. Que cum omnia indicasset viro suo et commendasset angeli pulchritudinem [illegible] contristatus est vir quia zelotipus erat. Et ut mitigaret [illegible] viri tristiciam consuluit ut ambo orarent dominum ut iterum veniret ad eos angelus et instrueret utrumque de puero. Et apparuit iterum angelus uxori. Que cum vocasset virum ait manue ad eum: Tu ne es qui locutus es de puero? Cui angelus: Sum. Cui manue: Quid vis faciat puer? Et angelus: nazareus erit omnibus diebus vite sue. Attulitque manue hedum et panes. Et ait angelus: Non comedam. Si vis offerre offer illa domino. Et ait manue: Quod est nomen tuum? Cui angelus: Cur queris nomen meum quod est mirabile? Et optulit manue et cum [illegible] super petram domino qui facit mirabilia. Et ascendit angelus in flamma nec ultra apparuit eis. Et intelligens manue angelum dei ait: Moriemur quia vidimus dominum. Cui mulier: Si nos vellet occidere non accepisset dominus holocaustum a nobis et [non] dicatur que ventura sunt. Natum quoque filium vocaverunt sampson quod sonat solis [illegible]. Crevitque puer adeo ut iam prophetia fortitudinis eius agnosceretur. Cepitque spiritus domini esse cum illo in castris dan id est in exercitu tribus sue. Vel locus est in quo prius habitavit sampson et est dictus castra dan per anticipationem quia nondum ei tribus dan sortem habebat.

Quod sampson occidit leonem. Jud. xiv.

Descendit ergo sampson in thamnatha philistinorum ut videret sollempnitatem que ibi agebatur et vidit ibi virginem concupivitque. Et ait patri et matri: Accipite mihi uxorem thamnatheam quia complacuit oculis meis. Qui dixerunt: Cur negligis filias fratrum tuorum et transis ad filias incircumcisorum? nescientes quod res fieret a domino. Cumque descenderet cum eo apparuit catulus leonis in vineis oppidi et irruit in eum. Sampson in spiritu domini nichil habens in manu et dilaceravit eum quasi hedum capreolum et hoc parentibus non indicavit. Descendit postmodum sibi uxorem. Cum post aliquot dies rediret ut acciperet eam declinavit ut videret cadaver leonis et ecce apes erant

in ore leonis et favus mellis quem super cedebat in via de [...]
parte patri et matri et comederunt. Post quorum sponse contradidit [...]
chananea cives essent in capulis insperiarum timentes robur [...]
dederunt ei xxx iuvenes robustos simone qui sortes ope [...]
tantes ne quid forte vellet committere crescentem [...]
Quibus ait sampson. Propono vobis problema quod si solucionem in [...]
septimum diem convivii. dabo vobis xxx sindones et totidem [...]
meas. alioquin vos dabitis michi totidem. Qui dixerunt propone. Et dixit
sampson. De comedente exivit cibus. et de forti egressa est dulcedo.
Josephus alia ponit verba. Qui cuncta devorat cibum [...]
de se suavem licet ipse sit insuavis. Et non potuerunt per tres dies [...]
sitionem solvere. Cumque adesset septimus dies dixerunt sponse. blandire
viro tuo ut indicet nobis problema et indicabis nobis. Alioquin [...]
te et domum patris tui. Que sollicitans virum flendo dicebat [...]
me et ideo non exponis michi. Septem igitur diebus convivii flebat [...]
eum. Sed quomodo vii diebus flevit cum superius sit. septimo die [...]
ad eam iuvenes. Potest dici. Cumque adesset dies vii. i. cum adesset
dies iste septem primus. quod ideo declaratum est ne putaretur post [...]
venisse de quibus precedens erat quod non poterant propositionem solvere [...]
Potest dici aliter. Cumque adesset dies vii. i. appropinquaret [...]
ut penultimus sit adesset qui iiii erat. Et ita post tres dies in [...]
quarto die venerunt ad eam. et locuta est viro. Et autem dicitur vii [...]
flevisse. hoc est illis septem non per illos. Quidam correxerunt [...]
adesset dies iiii. quod vicio scriptoris textus fuit. quem videntes [...]
abbreviatum estimabant legi vii. Tandem die vii cum ei molestus
esset exposuit. que statim indicavit civibus suis. Et illi die vii ante
solis occasum. dixerunt sampsoni. Quid dulcius melle. quid fortius
leone. Qui ait. Quod dolosius muliere. Si non arasseritis in [...]
la mea non invenissetis propositionem meam. Et irruit spiritus domini in
eum. et ascendit ascalonem et ibi percussit xxx viros quorum [...]
tis vestes dedit qui problema solverant. Et iratus sampson uxorem [...]
in domum patris sui. Uxor autem eius nupsit uni de amicis suis [...]
Cumque dies tritice messis instaret venit sampson visitare [...]
rem suam ferens hedum. Cumque cubiculum eius vellet intrare [...]
ter dicens. Putavi quod odisses eam. et tradidi illam amico tuo. Sed
autem soror eius que pulchrior est illa sit tibi pro ea uxor. Cui sampson [...]
hac die non sit culpa in me contra philisteos faciam vobis mala. [...]
Et cepit ccc vulpes et iunxit caudas caudis et faces in [...]
dio ligavit quas igne succendens dimisit eas discurrere [...]
derunt segetes philistinorum in tantum ut vineas quoque et olivetas [...]
consumeret. Palestini scientes opus esse sampsonis uxorem et [...]
parentes eius combusserunt. Illa que mali huius auctores [...]
sampson. Ad hunc expetendam ultionem ut generatio et percussit [...]
gna strage ita ut stupentes suram femori imponerent. Josephus dicit [...]
Percussit alienigenas sampson. Tybiam super femur. quod ad [...]
redigeret. i. tam mirabiliter ut stupentes tibiam unius pedis super
femur alterius ponerent. Tamen quia tibiis sedimus et super femur [...]
quidam exponunt sic. Percussit tibiam super femur. i. pedites [...]
dentes in equo. Et habitabat sampson in spelunca petre [...]

Iudicum. 14.

Nota palestini

... in loco munito. **Quomodo interfecit mille viros in maxilla asini.**

Tunc ascendentes philistei in terram iuda castrametati sunt in loco qui postea dictus est lechi, id est maxilla. Et dixerunt ad eos viri iuda: Cur ascendistis adversum nos? Qui dixerunt: Ut ligemus sampsonem. Et ascenderunt tria milia virorum de iuda ad sampsonem et culpantes eum dixerunt. Respondit quod philistiim imperent nobis. Venimus ut ligemus te et tradamus philisteis. Et ait: Iurate mihi ne me occidatis. Et iuraverunt. Et permisit se ligari duobus novis funibus. Qui cum traherent eum et vociferarent philistei prae gaudio, irruit spiritus domini in eum et dissoluta sunt vincula eius ut lina consumpta solent ad odorem ignis. Tollens quoque mandibulam asini iacentem interfecit in ea mille viros aliis in fugam versis. Et exultans super eos cecinit metrice: In maxilla asini, id est mandibula pulli asinarum, delevi eos et percussi mille viros. Hebreus habet: In maxilla asini feci hemor, quod sonat cumulum de cumulis, hoc est in maxilla asini feci acervum de cadaveribus mortuorum. Et proiecit mandibulam et vocavit nomen loci illius ramathlechi vel ramathleci, quod est elevatio maxille. Ramma enim excelsum sonat. Et sitivit ad mortem. Quod fecit esse tradunt hebrei, quia sibi dedit gloriam et non deo. Et clamavit ad dominum: Obsecro domine, ecce morior et incidam in manus incircumcisorum. Et aperuit dominus molarem dentem in maxilla asini et egresse sunt aque. Quibus haustis vires recepit et mutato nomine priori dictum est nomen loci fons invocantis de maxilla.

Cumque non timeret philisteos abiit in gazam et vidit ibi mulierem meretricem et ingressus est ad eam. Quo cognito palestini posuerunt custodes in porta civitatis ut exeuntem mane occiderent. Sampson vero medio noctis surgens ambas fores apprehendit cum postibus et sera et in humeris portavit ad verticem montis. — Judicum 16.

Post hoc amavit dalidam **Quomodo captus et deceptus fuit per mulierem** que erat in monte sorech. Et est sorech locus vel genus vitis. Et venerunt ad eam quinque satrape philistinorum dicentes: Disce ab eo in quo habeat vires et quomodo valeamus eum vincere et affligere, et dabimus tibi singuli mille ducentos argenteos. Et blandita est dalida sampsoni. Qui ludens in dolo ait: Si vii. ~~...~~ nervicis funibus et adhuc humentibus et recentibus ligatus fuero, ero sicut ceteri homines. Quos iosephus palmites vinearum dicit recentes. Et attulerunt ad eam vii. funes quibus dormientem, quod hebreum ~~ligavit~~ colligavit, latentibus apud se philisteis. Et clamavit mulier: Philistiim super te sampson. Qui rupit vincula quasi filum stuppe. Idem fecit secundo de septem novis funibus. Cum autem tertio vii. crines capitis eius cum licio et clavo terre infixisset, excitatus ab ea sampson extraxit clavum cum crinibus et licio. Cumque molestum esset ei dalida et deficeret anima eius usque ad mortem, aperuit ei veritatem dicens: Nazareus sum ex utero matris mee. Si rasum fuerit caput meum recedet a me fortitudo. Tunc dalida illa vocavit satrapas ut venirent cum pecunia quam promiserant. At illa dormire fecit illum super genua sua et per tonsorem rasit vii. crines eius, id est cesaries. Vel quia novacula ascenderat super caput eius, ergo solis vii. crinibus rasis dominus recessit ab eo. Tunc abiecit eum

mulier. Quem cum apprehendissent phylistiim eruerunt oculos eius
et circumduxerunt eum per terram. et apud gazam clausum in carcere mo
lere fecerunt. quasi opere servili eum affligentes. Hebrei tamen dicunt quod phy
listei coegerunt eum dormire cum mulieribus robustis ut ex eo
sobolem robustam conciperent. Procedente tempore cum capilli eius renasci coe
pissent cum adesset publica festivitas ingressi sunt principes phyl
ut immolarent magnifice dagon deo suo qui tradiderat inimi
cum in manibus eorum. Cumque letarentur conviantes eductus est sampson ut coram
eis luderet et ei illuderent. Stabat autem inter duas columpnas quibus tota
domus innitebatur. et ait puero regenti se. Dimitte me ut tangam columpnas
et paululum requiescam. Et apprehendens utramque columpnam et concussisset ro
bore et ait. Moriatur anima mea cum phylistiim. et concussis columpnis
lapsima cecidit domus super omnes. et multo plures interfecit mo
riens quam vivens et perierunt preter conivantes circiter tria milia viro
rum sexus qui ludentem expectabant de tecto. Tulit eum vero in domum
eius et sepelierunt eum in sepulchro patris sui et iudicavit israel
xx. annis. Hactenus liber iudicum tempora signat hinc annos
ccxix. et iudices. xiii. Incidentia. Eo tempore asscanius
regnavit latinorum. Palefactus in libro incredibilium tradit solem
in trieri cyrenorum fugisse. sillam spoliare hospites solitam.
Ducenes quoque mulieres fuisse quae decipiebant navigantes. Micha.

Sequitur hystoria de ydolo miche. Hunc autem josephus ...
Senctum et alterum de uxore levite dicit iosephus ... post
post mortem iosue et ante othoniel cum plurimum peccassent filii ... contra
deum et tradidisset eos deus in manus chananeorum. qui ... expul
lerunt inde ascalonem et accaron et multas urbes in ... Et ...
et ipsos damitas expulsos in montem fugere compulerunt. Et erat
in monte effraym vir nomine michas qui suscepit a matre sua
mille centum argenteos votivos et fecit ex mandato matris sculptile.
eius ephot et theraphim. i. vestem sacerdotalem et ydola et ...
uit eis edicula in domo sua et implevit manus unius filiorum suorum
et factus est ei sacerdos et investivit eum in sacerdocio per aliquid
in manu eius. vel implevit manum eius. i. sepe optulit ei ... sibi
sacerdoti. In diebus illis non erat rex in israel. sed unusquisque quod sibi
rectum videbatur faciebat. Fuit autem alter iuvenis bethleem ...
cognatus miche et levita sed pauper. qui voluit peregrinari ...
ut commodum sibi reperisset. Cumque declinasset in domum miche
invitatus vie eius. constituit eum sibi sacerdotem instituens ... Et ...
los annos decem argenteos et vestem duplicem et victum. ...
illis dan querebat sibi possessionem et ... miserunt. v. viros ...
plorarent terram in qua possent habitare et ... in domum miche ...
requieverunt in diversorio levite. Cumque considerassent ubertatem ...
la abierunt et venerunt lachis et viderunt locum uberrimum ...
curam agens salutis filie. Tandem instabat dies quo hester filia abiel
intrare debebat ad regem. nec quesivit ab aggeo cultum muliebrem. sed po-
suit in voluntate eius qui tenebat puellas dare quecumque peteret. Et ingressa est
ad regem anno vii regni sui mense x qui hebraice dicitur tebeth la-
tine ianuarius. Et invenit gratiam apud regem et fecit eam reginam pro vasti
et celebravit nuptias per mensem. et mandavit per eos qui aggregati dicuntur
custodes regine in universo regno per tempus nuptiarum. Mardocheus
autem qui frequentius morabatur in babilonia. unde et abducta fuerat hester tunc
tulit se in susis. Eo tempore irati sunt duo eunuchi ianitores eunuchi regi
et machinabantur ut occiderent eum. quod non latuit mardocheum. et indicavit
hester et illa ex nomine mardochei detulit ad regem. Quesitum est
et inventum et appensi sunt in patibulo. Et traditum est coram rege in analibus
quibus reges accidentia temporis sui redigebant. ¶ Post hec assuerus exal-
tavit aman amalechiten qui erat de stirpe agag. quem samuel tru-
cidavit. Et adorabant eum servi regis preter mardocheum qui propter priores
reges coram eo genu non flectebat. Quod attendens aman indignatus est
et accipiens eum hebreum esse ait. Parsi liberi flectunt genua hic
autem servus dedignatur. Et disposuit perdere iudeos qui erant in regno as-
sueri. veteri motus odio. quia iudei deleverant amalechitas. xii. itaque
anno assueri mense primo missa est sors in urnam que hebraice dicitur fur coram
aman quo die et quo mense gens iudeorum deberet interfici. et exivit mensis
xii. Tunc ait aman ad regem. Interest regis summe pacem. nam ita
pacis est dissolutio. Et gens in regno tuo dissimilis ceteris novis
utens legibus insuper et regis scita contempnens. expedit tibi ut non
... decerne ergo ut pereat. Et ne dispendium sencias in tributis. x milia
talentorum appendam archariis gaze tue. Tulit itaque rex anulum quo
utebatur et dedit illud aman dicens. Argentum tuum sit. et de populo age
quod tibi placet. Tunc scripsit aman ex nomine regis literas anulo regis sig-
natas in omnes provincias ut occiderentur iudei a parvulo usque ad senem et
bona eorum diriperentur xiii die xii mensis. Statimque in susis pependit
edictum. Quod cum legissent iudei fleverunt. ¶ Sed mardocheus indutus
sacco et aspersus cinere magna voce eiulabat pro foribus palacii.
Non enim fas erat indutos sacco intrare palacium. Quod cum accepisset hester
consternata est et misit ei vestem qua indutus intraret ad eam quam accipere
noluit et significavit ei per eunuchum cum fletibus et exemplar e-
dicti quod pendebat in susis misit ei monens ut intraret ad regem et sup-
plicaret ei pro populo suo. Que rescripsit. Iam xxx diebus non sum vocata
ad regem. et decretum est ut qui non vocatus accesserit moriatur nisi forte
rex auream virgam ad eum extenderit. Rursum mardocheus ad eam. Quid
scis utrum ideo ad regnum veneris ut in tali tempore parares et exaltareris.
Si nunc silueris per alium modum liberabit deus populum suum et tu et domus patris
tui peribitis. Tunc mandavit hester mardocheo ut omnes iudei qui erant

Assuerus. brevis. Aman iniquus. vel dicitur iniquitate vel iniquum exaltatur per pa...
... 38. Quia fecit reginam ypocrisim propter peccata populi. et adulatores tale ...
Indutus sacco. ... Glosa. Nullus cum contemptu istius vite celestem aulam intrare.
Aspersus cinere. Ie. 6. Filia populi mei accingere cilicio et aspergere cinere luctum unigeniti
fac tibi.

in Susis pro triduum ieiunaret et oraret pro ea et ipsa ieiunavit. Die
autem tertia induta regalibus vestimentis stetit in atrio domus regis. Illa
[basi]licam regis cum duabus puellis quarum una incumbere sustinebat. Altera se-
sequens longitudinem vestis summis digitis deportabat. Ac rex vide-
debat super solium contra ostium domus. Qui cum respexisset eam cum ... et
collapsa est. Cumque vidisset Hester lapsam, placuit ei, et extendit contra
eam auream virgam et assurgens venit ad eam et fovens eam in sinu suo con-
solabatur eam dicens: Noli timere, pro subditis lex data est, tu vero in ...
Que surgens et accedens osculata est summitatem virge eius. Dixitque ei
rex: Quid vis Hester? Quodque petieris dabitur tibi. Que respondit: Veni ...
ut venias ad me hodie et Aman tecum ad convivium. Venerunt autem
ambo ad convivium regine. Cumque rex bibisset habundanter ait ...
quod vis Hester et impetrabis. Que respondit: Obsecro ut veniat cras rex et
Aman ad convivium et indicabo regi cor meum. Egressus est itaque
Aman letus. Cumque vidisset Mardocheum non assurrexisse sibi ... indig-
natus est et convocans uxorem et amicos exposuit eis ... ad convi-
via sua, addens quod cum solus cum rege Hester vocavisset. Et ...
Verumptamen se nihil habere reputabat dum videret Mardocheum ...
ei: Iube parari trabem .l. cubitorum et suggere regi ut appendatur ...
cheus in ea, ut sic letus vadas ad convivium. Et iussit parari ...
¶ Nocte illa rex duxit insompnem et iussit sibi legi annales. Et fac-
tum est ad locum ubi scriptum erat quod Mardocheus nuntiaverat ei ...
nuchorum. Et ait rex: Quid honoris consecutus est Mardocheus ...
Et dixerunt ei: Nullum. Et statim rex: Quis est in atrio? Et dixerunt ...
pueri: Aman. Ipse enim intraverat ut suggereret regi de morte Mar-
dochei. Cumque vocatus intrasset Aman, dixit rex ad eum: Quid debet fieri
viro quem rex vult honorare? Qui cogitans quod se ...
indui stola regia et coronari dyademate et sedere super equum ...
primus de principibus teneat equum et ~~civitatem~~ per civitatem ...
clamet: Sic honorabitur quemcumque voluit rex honorare. Dixitque ...
rex: Festina et fac ut locutus es Mardocheo. Cave ne quid ...
pretermittas. Et fecit Aman Mardocheo ut locutus fuerat ...
committebatur putans sibi illudi ab Aman. Sed veritate cognita ... Aman vero festinavit ...
Et rediit Mardocheus ad fores palacii. Aman autem amici eius ...
domum lugens et operto capite. Et dixerunt ei amici eius: Non poteris ...
nunc iudeorum est Mardocheus ante quem cadere cepisti ...
sistere sed cades. Et ecce nuncii regis compellebant eum ire ...
cum rege ad convivium. Et ait rex: Pete quod vis Hester ...
na in animam meam et populum meum ne pereamus ...
et gementes tacerem. Et ait rex: Quis est qui hoc audeat facere ...
respondit: Hostis noster iste est Aman. Quod ille audiens obstupuit ...
autem iratus surrexit. Aman vero supplicabat regine pro anima sua ...
Cumque reversus esset, repperit Aman corruisse super lectulum in quo ...
bat Hester. Et ait: Etiam reginam vult opprimere me presente ...
Arbona eunuchus: En lignum quod paraverat Mardocheo ... Aman ...
Aman. Et ait rex: Appendite illum in eo. Et suspensus est Aman ...
bulo ¶ Et dedit rex Hester domum Aman. Et ingressus ...

cheus ad regē · Cōfessa ē etiā hester q patruus suus eet · Et dedit rex
anulū mardocheo quē ab aman recipi iussat · hester aut cōstituit mar-
docheū sup domū suam · Que iterū flens procidit ad pedes ei⁹ supplicās
ut veteres lras quas scripsit aman cōt iudeos nouis epłis irritaret ·
et annuit rex · Et scripsit mardocheus lras anulo regis sigillatas
ad principes gnaliat ne occiderentur iudei · Immo illos qui pati erunt
ad occisionē iudeoz interficerent iudei et magnꝰ principū eet cū eis · Et
factū ē nomē iudeoz celebre ita ut plures de gentibꝰ eis iungerentur ·
Et secundarꝰ ē mardocheꝰ sompniū qd vidit et interpretacionē ei⁹ intellexit
Et hoc eet sompniū · Apparuerunt ei voces et tonitrua et terremotꝰ sup
terrā · Et ecce duo dracones parati cōt se i pliū ad quoz clamorē nacio
omnes se erexerunt ut pugnarent cōt gentē iustoz et fuit dies illa te-
nebrarū et discriminis et cōturbata gens iustoz clamauit ad dnm
Et ecce fons paruus creuit i fluuiū maximū et ortus
ē lux magna et humiles exaltati sunt et deuorauerunt
inclitos · Porro i ea epła quā scripsit p iudeis exceptum
est rex in hunc modū · Ne putetis si diuisa iubem⁹ ex aīe leuitate ve
nire · sz pro necessitate tempis fore sentenciam ut rei publice poscit utilitas
Multi sublimati a regibꝰ honore collato abusi sūt i supbiā et i ipos
qui dederunt moliunt insidias · Aman et aīo et gente macedo et ex
obliq⁹ cōmaculans gentem psarum adeo intumuit ut regno nos puaē
mitt' et vita sua · Scilicet mardocheū cui⁹ fide viuim⁹ · et cōsortē
regni hester cū oi gente sua nouis machinacionibꝰ expeterit ad
mortē cogitans ut illis interfectis me insidiaret solitudi et regnū
persarū transferret i macedones · Nos igit̄ minī dei vincētis cui⁹ bn̄ficio
regnū patribꝰ nr̄is traditū ē et usqz hodie custoditū · iudeos ab
soluim⁹ et hostes eoz interfici iubem⁹ · Ergo · xiii die · mēsis · xii ·
percusserunt iudei hostes suos plaga magna p puincias usqz ad
lxxv · milia · xiiii vō die celebrauerunt cōuiuia cū gaudio ptinclas
inuicē sibi mittentes · In susis vō interfecerunt · d · viros · Et i · xiiii
die optinuit hester a rege ut adhuc occiderent i susis hostes iu
deoz et suspensi sunt · x · filii · aman · et de aliis ccc perierunt · et
iudei qui habitabant in susis duobꝰ diebꝰ occisioni vacantes · xv ·
die cōuiuia celebrauerunt · Et postea mandauit hester et mar-
docheꝰ hos duos dies i mō solempnitatis recipi ~~a iudeis~~ ut mēo-
ria eorū nulla delet oblivio · et dies phurim · i · sortium obseruari
a iudeis · Hos dies tm̄ vocat iosephus cōiunctiones eo q iudei
de merore i gaudium cōuersi fuerant · Recepit etiā mardocheꝰ ad m
dum summū sacerdotē i iherusalem q' patri suo eliasiph successit ut
dies isti solempnes haberentur i iudea i tempore meo · meddecima · In diebꝰ
assueri athenienses · xxxv · triremes vi ceperunt cū armis · xxi · tin
decimo · Senones gallie duce brenno romā inuaserunt et excep
capitolio succensā vastauerunt · Rex mensibꝰ obsidionem militares pro
... esse ceperunt · Obiit anaxagoras phisicꝰ et eraclitꝰ tene-
brosus et democritus et socrates venenum bibit · Diogenes et ypo
crates claruerunt · Aristoteles audiuit platonem · xviii annos agens · De orto rege
Post assuerū regnauit artaxerses q' ochus dcūs ē
Hic misit vagosū pfectū vniuersis regionibꝰ cis flumē · Eit.
... filiū suū sacerdos iohes · qui inde patri suo successit creat

Huius · hec materia de te fuerit figuratiue ... i monialē fu... et p mardocheū · i amarē gn̄orone i xp̄i passione ·

Sed p̄cipue fuit hester · ac̄cius modica et p̄ua postea facta ē regina ·

belgio

fratrem iohannis ihesum · qui ad pontificatum aspirabat et propterea bagosi familiarem
rem sibi comparauit · Qua confidencia ihesus altercatus in templo indignatione
iohannem adeo irritauit fratrem ut eum interficeret · Unde bagoses ingressus templum ...
ascendit in illud · Cumque prohiberet eum ab ingressu templi · dixit nunquid mun-
dior ego sum cadauere quo templum prophanastis · Et ingressus templum et dominatus
habuit illud · et imposuit ministris templi iterum tributum et duravit ...
in septimum · a quibus per incuriam esdre ablatum fuerat · ... nectha-
naberes · scilicet ochus · egyptum ad suum reuocauit imperium destructo nectanabo
rege in ethiopia pulso · in quo egyptiorum regnum defecit · ...
ochus cognomine ... apodixmo iudeorum captiua in hyrcania accolas transtulit ...
iuxta mare caspium collocauit · Incidens · Eo tempore romani gallos superauerunt · Obiit plato ·
... demostenes et ypocrates claruerunt · academia a villa ...
post quem speusippus etiam regendo rexit academiam
ciuitatis vel doctrine · De dario filio arsami

Post ochum regnauit filius eius arsamus · Et mortuo iohanne in pontificatu
successit ei filius eius iaddus in pontificatum · Post arsamum ... sanaballathe
filius eius darius · Hic prefecit regionibus trans flumen sanaballath ...
genere cutheorum ex quibus samaritae descenderunt · Cuius autem filiam ...
manasses ~~ad pontificatum~~ anhelans ad pontificatum ... in pontificatu ...
filiam sanaballathe duxit uxorem · Cumque ministraret in pontificatu ...
ierosolimite et iubebant eum recedere ab uxore aut non accedere ad altare · Qui pollicitus est
Itaque manasses cum uxore transtulit se ad socerum suum · qui in monte garizim ...
quod edificaret ei templum instar ierosolimorum supra montem ... condidit et misit ...
hoc enim licencia darii regis faciendum erat · Garizim autem ...
...um qui est mediterraneus ... tyriorum ... sanaballa ...
ad manassen plures de ierosolimitis quibus ... Incidens · Eo
... terram colendam deputabat et habitacionem · ... securi percussit
manlius torquatus consul romanorum filium suum virgis cesum ...
iussit quod contra imperium consulis cum hostibus pugnaverat · De alexandro

Per idem tempus philippus rex macedonum ... ab ...
per insidias peremptus est a pausania ... annorum · Et ...
Cui successit filius eius allexander · ... annorum agens annum · Et cogitans ...
... syriam transiit a grecia hellespontum · Et ... pueris
... eum duces darii qui erant trans flumen et ... lydia et ionia ... collegerat
... expugnauit eos · Cumque peruenisset lydiam ... taurum ...
locum pamphylie · Tunc darius filius arsami ...
... et transiuit eufraten et montem cilicie ... sanaballa ...
macedones expugnare · Tunc ... sanaballa ... templi ab eo ...
victoriam occurreret dario et edificacionem templi ab eo impetraret ...
Ipse quidem ... vacabat · Sed aliud quam sperabat euenit ...
victus est darius a macedonibus et capta matre eius et uxore ...
ad persas fugiens ... cum paucis · Tunc allexander syriam ...
aspirans ad monarchiam orientis et intrans syriam · Tunc sanaballa ...
... et subiugata sydone · tyrum obsidebat · Tunc ... auxilium ...
... viii milia ... in allexandri profectus est ... sub sua ...
se libencius obsequi ei quam dario et ... loca sub ... allexandro · Precium ...
... et ... est ab allexandro ·

hns generum manassen fratrem principis sacerdotum gentis iudee multosque
alios cum eo principes ex ea gente quos vellet agere aiebat sibi constructurum templum
construturus locis edificiis. quod profuturum allexandro testabatur. quia
potencia iudeorum in duo divisa non rebellaret. Concedente vero allexandro
oi studio edificaverunt sanballa templum et altare. quod permansit
usque destructionem factam per romanos et in eo manassen constituit
pontificem. Porro dum allexander esset in obsidione tyri. scripsit
ad principem sacerdotum in iherusalem invitans eum ut sibi preberet auxilium et exercitui
venalia preberet et redderet sibi tributum quod prius dario conferebat.
Et rescripsit Jadus se dario sacramentum dedisse nec eo vivente posse contra
venire constituta. Tunc comminatus est allexander genti iudeorum ut per
hoc disceret quibus deberent constituta servare. Tunc conectis aggeribus
et tyro facto continente. Qua vastata gazam obsedit. Et mortuus
est sanballa. Allexander autem capta gaza iherosolimam properabat. Et
timentes iudei clamaverunt ad dominum et immolabat hostias et
orabat pro gente. Cui dum post sacrificium obdormisset. precepit
ei ut confideret. sertis quoque civitatem ornaret et pontificalibus ipse
indutus et reliqui sacerdotes cum eo legitimis stolis induti obviam
venirent allexandro. Et surgens a sopore oraculum omnibus indicavit
et expectavit adventum regis non longe esse a civitate allexandrum processit cum sacerdotibus
et civium multitudine sacra ad locum qui saphi vel scopi appellatur
quod latine translatum scopulam sonat. Unde iherosolima et templum videri po
terat. Et fenice cum eo spem omnium quod sperabatur regem. Sed allexan
der intuens antistitem pontificali stola insignem et super cidarim
laminam in qua scriptum erat nomen dei. descendit de equo et adoravit eum
nomen dei. scilicet tetragrammaton. adoravit et pontificem venera
tus est. Et obstupuerunt principes eorum et ludificatam regis mentem
putaverunt. Solus parmenio assumit ab eo. cur sacerdotem gentis
indee adorasset. Et respondit. Non hunc adoravi. sed deum cuius principa
tum gerit sacerdos. Nam per sompnium in tali habitu deum conspexi ad hunc
modum cum essem in civitate macedonie constitutus. Dumque mecum cogitarem vere
asiam posse optinere iussit me confidere. nam ipse exercitum meum perduceret
et persarum mihi traderet principatum.
Hunc autem primum vidi in hoc sacerdote
eiusque effigie et quod mihi promisit implere
tum confido. Post hanc deum adoravit
et pontifex veneratus est. Et ingressus
urbem allexander et in templo sacrifi
cavit ad sanctum ostensionem sacerdotis
quod attulerit ei danielem in quo scriptum
est quod quendam grecorum potentium persarum po
tentia et arbitrio de se scriptum esse
intelligere. Et in crastinum convocavit
sacerdotibus iussit petere quod vellet et ipsis
concessit iudeis ubique pa
triis vivere legibus. et septimo anno
liberos a tributis esse. Et sic iherusalem relicta
exercitum ad alias civitates profectus est.

Allexander venit in babilonem ubi nescio
quis venenavit eum vel venenum propi
navit et ita deperiit. Hoc autem predictum
fuit ei ab arboribus solis et lune
quas ipse consulebat de morte suo et de
amicis quos in patria sua dimiserat
et cum sic per hoc certificatus est. Pos
tea assumit de exitu suo et ita idem
fuit ei ab eis premissum ne intraret ba
bilonem ubi eum moriturum. Unde ipse semper
proposuerat se non intraturum. Sed contigit
quod cum totum orientem sibi subiugasset
legati omnium terrarum veniebant ad eum
ut se dicioni eius subicerent. Quod audiens
allexander valde gavisus est et credidit ei
se futurum monarcham totius orbis.
Unde in quibusdam glosis invenitur quod

Tunc samaritae videntes eius munificentiam circa iudaeos cognatos iudaeorum se esse dixerunt, originem suam ab effraym et manasse recensentes. Et postulaverunt ut templum eorum in garizim honoraret. Quod in reditu se facturum promisit. Cumque peterent ab eo relaxationem septimi anni, quaesivit quis essent, et dixerunt se esse hebraeos. Cumque addidisset utrum essent iudaei, negaverunt se esse iudaeos. Et risit. Iudaeis tamen hoc ergo concessit. Porro sub silentio

ipse monarchus fuit [illegible] prae nimio gaudio [illegible] obviavit legatis in babilone [illegible] et ibi acceptis [illegible] solis et lunae [illegible] pontifex sacerdotes [illegible] annos vivebat. Dicebatur [illegible] solus [illegible] summitatem [illegible] status [illegible] dabat [illegible]

nos praeterimus quomodo alexander darium vicit et porum, et quod consuluit arbores solis et lunae, et cetera admiratione digna quae scripsit ipse de gestis suis aristoteli per epistolam indicavit, ad ea quae circa historiam sunt festinantes. De reclusione x tribuum et morte alexandri.

Itaque cum vicisset alexander ad montes caspios, miserunt [illegible] filii captivitatis, x tribus, ex edicto ei tenebantur [illegible] postulantes ab eo egrediendi licentiam. Cumque quaesisset causam, accepit eos recessisse a patre deo israel, vitulis aureis [illegible], et per prophetas dei praedictum eos a captivitate non redituros. [illegible] arctius includam eos. Cumque angustias viarum obstrueret [illegible] et videns laborem humanum non sufficere, oravit deum israel ut opus [illegible] compleret. Et accesserunt ad se invicem praerupta montium, et [illegible] immeabilis. Ex quo liquido apparet non esse dei voluntatem ut [illegible] exeant. Exibunt tamen circa finem mundi, stragem hominum facturi, ut ait [illegible]. Cumque redisset [illegible] quod fecit cum fratribus suis, si tamen fecerat [illegible]. [illegible] alexander in babilone sinistro veneno usus linguae amisit [illegible] voluntatem suam scripto expressit. Et noluit monarchiam [illegible] ne aliquis ei par in potentia apud posteros legeretur. [illegible] ab adolescentia socios habuerat regni successores instituit [illegible] institutio non stetit. Regna iiii ex his tamen aliis [illegible] fuerunt sicut in hystoria danielis est prophetatum. Mortuus [illegible] annorum xxxii et xii annis regnavit. Et dicitur a quibusdam [illegible] alexandriam aedificavit primo annorum quibus regnavit [illegible] ammone condidit paraethonium, id est [illegible]. De ptolomeo sother.

Et regnavit post eum in egypto ptolomeus qui cognominatus est sother. Qui cum [illegible] cisset syriam apposuit ut adiceret iudaeam. Et [illegible] sabbati sciens iudaeos arma non moturos sub [illegible] [illegible] dolo nullo contradicente [illegible]. Unde secundum iosephum [illegible] iudaeos ridiculos appellavit, qui [illegible] de iudaea et [illegible] dominum sustinuerunt. Ptolomeus namque multos [illegible] captivos [illegible] ad egyptum reduxit et vendidit [illegible] [illegible] nationum distracti sunt et dispersi. Et [illegible] licet non sint generaliter diffusi, tamen dispersi sunt in nationes [illegible] apostolorum legitur convenisse in iherusalem iudaeos ex omni natione [illegible] est. Iado pontifici successit symon filius eius [illegible]

frater simus eleazarus · pro onia filio symonis adhuc paruulo Iudeis
Eo tempore apius claudius cecus rome claruit qui aquas claudias
induxit et viam appiam strauit · Theofrastus phylosophus claruit qui a diu
initate loquendi ut ait cycero nomen accepit · Censum rome agitatum
inuenta sunt ciuium · cc lxx · milia · Condite sunt a romanis arim
num et beneuentum · De ptolomeo · phi

Post ptolomeum sother regnauit in egypto phyladelphus
hic studiosus et librorum cupidus · demetrium bybliothece
sue prefecit · Cumque quesisset ab eo de numero librorum · xx · milia ad
esse respondit sed paulo post se ad · l · milia posse peruenire · Et intima
tum sibi dixit · apud iudeos esse legem ore ipsius dei editam et digi
to eius scriptam · pro illa summopere laborandum esse ~~dicat~~ dicebat ut igitur
ad conuersam eloquium in archiuis regalibus haberet · Hec ei lex erat
aliqua phi zena dicitur · i · viuere · zeni ei vita vel viuere sonat quem
grecus appellat ionem · Et ad ostendendam legis eius sanctitatem addidit
quod non nisi a dei viuentis cultoribus transferri potuisset · Nam et theopompus
cum historiis suis quas scripsit eam voluisset inserere visus est in amentiam
per dies · xxx · Theotectus quoque pro ea eadem factus est cecus et penitentes
sanati sunt · Et suggessit regi ut scriberet pontifici iudeorum ut iudeos
utriusque lingue et greci peritos ad ipsum dirigeret cum lege dei qui ad eam
transferendam sufficerent · Nondum ut impetraret munera mittenda censuit
Adiecit ibi aristeus qui longo tempore iudeorum calamitati compaciens oppor
tunitatem liberandi eos inuenit ait · Quod quod postulas optinebis tot
iudeos in regno tuo seruientibus · Solue itaque eos et nichil grecus
sum · pontifici iudeorum · nec ob hoc quod dico me iudeorum affinem estimes
sed quia pro tua interesse si factorem omnium deum honorauimus · Et liberauit rex
de iudeis · c · xx · milia dans dominis eorum pro capite · cxx · dragmas ar-
genti · Cumque dixisset hoc magnum esse dixerunt magnum quidem est sed non
regi magnifico · Tunc scripsit rex eleazaro in hunc modum · Beneuentia
si fecimus nos erat libertate donari arbitramus hoc deo esse iocundum · Quos
supposita milicie assignaui · alios quorum fidem probauimus constitui in
palacio · leges vero vestras in mea ~~biblioteca~~ bibliotecam reponere decreui
Bene ergo facies mittendo nobis · viros seniores qui valeant respiciendo
eam cure nobis reddere · Transmisi vobis argenti
c · talenta ad oblacionibus faciendis et septem · l · talentum
auri ad cratheras et ~~ligaturis facere~~ ligaturia facienda
et gemmas sunt nimio ad artificium opcione · Tunc mandauimo
gemmas qui fuere eximias voluimus quod gemmis aplicarent · Tunc mittens ad eum eleaza
rus quod postulabat · Rescripsit itaque · Ad transferendam legem quam postulas
missi viros seniores de vnaquaque tribu sex legem ferentes · Tunc autem
prementis eius vel iusticie ad nos eam cure remittere · Hii sunt · lxxij sunt
ipse quo liceret · lxxij · fuerit more
septuaginta · lxxij dicitur quo modicum mi
nuerit si super aliquam summam super excre
ad sexte subtrahet · Cui cum venisset
regi benigne ab eo collecti sunt · Re
gis ad regem intromissi vsque ad quintum

Bibliotecam dicitur
libri in quo continentur
noui et veteris
testamenti et ea
locus in quo continentur libri.

:· Pharum illud nil aliud quam turris
quadam quam construxit ... mare
super ... ceteri vos ... in qua
de nocte clarus fieret ignis propter
nauigantes · Erat autem tante mag
nitudinis ceteri illi quod vnius ex
cessus vix posset operire minorem
pedem vnius eorum.

Theop. de ... franc
tus laercio

Hec erat vnum de mirabilibus
mundi ut dicit plinius
pharus et erat altissima
turris in superne marine
sita non in terra fundata
sed super ... celeros po
sita et tante magnitudinis
quod ignis in summo posi
tus in nocte ... lumine
irradiabat.

diem imminebat et illa die solempnitas triumphalis pro triumpho quem
quem maiores sui ea die habuerunt. Ea igitur die susceptos eos
coram universitate principum decenter honoravit. Post susceptionem
.vii. diebus fuerunt coram rege et sciscitatus est ab eis que in corde suo regi
posuerat. et precipue de duobus de cognicione dei et regni admini-
stratione. Cumque instruxisset eum de regni administratione
disputaverunt de uno deo colendo et quod nulla creatura
Inde est quod ubicumque occurrit eis de trinitate vel sub silencio transierunt
vel enigmatice transtulerunt. ne tres deos colendos tradere
viderentur. Similiter et de incarnatione ubi facientes ut
Cum enim dixisset nobis puer natus est. et addidisset magni consilii
quorum unus esset deus pro illis sex nominibus transtulerunt. Tunc
angelus ne viderentur tradidisse hominem deificatum. ...
regi volumen quod erat ita subtile ut non sufficiebat animus mirari
tenuitatem et compaginationem que oculis deprehendi non possent
in cartis eiusdem adeo legibiles apparerent. Introducti sunt
in domum regis secus mare secretam. que erat ad negocium oportuna
et date sunt eis celle singule et quod visum est eis
dum ad optandum. Diluculo egrediebantur ad optandum regi
policronitudinem. Tunc lavabant se ad mare secundum morem
iudeorum. postea disputabantur usque ad horam nonam. Inde
cibum et requiem. et consummaverunt opus .lxxii. diebus. Postea vero
visum est quod non transtulerunt nisi penthateucum. Postea vero
quod rediret. vel post aliquos ex eis ad regem redeuntes
lerunt psalmos et prophetas. Verumptamen sic miraculose factum est
quod una et eadem sit dissonancia in editione
se fieri potuit ut in tot diebus scripturi sint legem psalmos et
Iheronimus tamen videtur velle quod disputaverint sex dierum in
omnibus conflantes unam. Nec mirandum hoc asserit cum esdras legem
per spiritum reparavit postea cum veri scriptura que apud samaritanos
correxit. Opere completo convocavit demetrius
omnes iudeos qui erant in alexandria et coram eis
est coram omnibus translacio eorum et approbata. Postea data
et coram eo replicata. Cumque peterent scriptores a rege
inmobilius perpetuaret hoc est feruntur laudavit si deinde
corrigeret eam ut quod semel emendatum esset non corrigeretur
remisit eos muneribus honoratos. Eleazaro
in templum vero misit preter vasa mensam auream gemmis
...
ra. Cuius crassitudo eius erat dimidii cubiti

Incidencia de eugere. Eo tempore sostratus pharum in alexandria construxit. Romani …
claruit. Argentei nummi primum in urbe figurantur. Romani …
nenses navali prelio vicerunt. metello consule fugiunt …

Post philadelphum regnavit frater eius ptolomeus qui ab egyptiis
evergetes dictus est quod in invectione fecerat …
syriam et ciliciam et partem asie inter innumera spolia que cepit …
eorum quos cambises in persidem transtulerat revexit. Iudeorum pontifex
omias simonem iusti filius eius successit simon …

Margin: Ad translacionem ytalicam vel grecam que ecclesiasticum officium ordinatur. Quia translacione utimur vel prologis vel aliorum aliquorum autentica ... et est translatio ... Iheronimus vel vulgatum utimur in libris omnibus.

Margin: policronitudo

Policronitudo dicitur oracio ab ecclesia pro regibus pontificibus et principibus ... tyrannis et eciam et temporis longitudinem polis enim grece pluralis latine ... apud grecos est nobis conveniens ut cum surgit mane rex ... policronitudo basileos id est multum tempus vivat rex.

Nota quod hoc tempore plures venerunt ante adventum domini tempore ptolomei philadelphi regis egypti. cc. xli. annis.

Jhesus filius syrach librum sapientie qui ecclesiasticus dicitur composuit quem panaretos vocavit et patris symonis in eo facit mentionem. Porro onias
ceterum tributa negasset evergeti ze-
lo legis vel potius ex avaricia ut dicit
Josephus, quod cum phorormum rescivit fu-
isse, compulit regem in iram. et missus est
legatus a iudeis certamini ut omnia ad
regem Josephus vir nobilis. tobie filius
et sororis onie. qui non solum pacem reformavit

Quinque sunt libri de quibus quidam aliquis leo legitur se primitur. Ideo liber sapientie. Parabole salomonis ecclesiastes. cantica canticorum. liber sapientie qui ascribitur philoni cuidam greco sapienti et ecclesiasticus de quo hic.

Capitulum quod est 19. ecclesiasticus vel quod totum evangelium

mansit. sed remissus a rege dux iudee et finitimarum regionum. Hic
Josephus habuit filium hyrcanum cuius dum puer esset probavit pater pru-
dentiam. misit eum cum · ccc · iuga boum sine loris ad colendum quendam agrum in
una die. et cum venissent in agrum agricole perceperunt se esse deceptos
quia non habebant lora et dixerunt hoc puero. Puer vero precepit mactare
duos boves ad comedendum et de corijs fieri lora ad arandum. Incidens
Eo tempore eminus tarentinus et cathone consule roma translatus est partus suis
in contentio et unius ancille ministerio. Tunc sex milia gallorum a ro-
manis sunt capti. Apud rodum colossus magnus terremotu corruit. De
philopatore
Post eum regnavit filius eius ptolomeus philopator post quem ptolomeus
epiphanes post quem ptolomeus philometor. quem vicit rex syrie anthyochus magnus et iudea
sibi subiugavit. Pontifex iudeorum erat onias magnus simonis
filius ad quem in pendendum fedus quod legatur fuisse inter abraham et maio-
res suos lacedemoniorum rex arrius legatos misit. Porro anthyochus
tributum septimi anni et ministrorum templi quod philadelphus relaxa-
verat iudeis. innovavit. Cum dum finitimas regiones supra modum infes-
taret delata est res ad romanos. Et missi sunt ad eum scipio nasica et
scipio affricanus et ab infestacione sub religione iurisiurandi amonuerunt.
Et cum in fine tulerunt ab eo obsidem filium eius seleuchum. quem nolens re-
cipere ab eis tradidit pro eo filium iuniorem natu anthyochum epiphanem ita quod
offerret obsides petimus. in non reditur propter ipsius anthyochi sevicia. Desponsavit
quoque omnis in egyptum ad ptolomeum epiphanem ut supra dictum est. et occisus
est in obsidione anthyochus in phano nanee et membratim eiectus a sacerdotibus
qui in dolo immiserunt eum thesauros et cum paucis miserunt eum in aditum.
Post anthyochum magnum regnavit in syria
filius eius maior seleuchus. pessimus sed seres. Iudeorum pontifex
onias. Nam omnia consentire in egyptum. filius eius symon sedit pro eo
cui successit filius eius onias. Sub hoc misit seleuchus iuvenem elyo-
dorum in iherusalem ad spoliandum eum erarium templi. Quo ingresso in templum
surrexerunt iuvenes duo de latibulis et occiderunt eum. Videtur iose-
phus velle angelos fuisse in similitudine hominum. In secundo machabeorum legitur
quod apparuit tribus sessor equi et conculcabat eum et confractus est et
mortuus. sed non mortuus. Timens quoque onias indignationem seleuchi o-
ravit ad dominum pro defuncto et surrexit. Qui rediens ad regem ait. Si
habuerit dominus meus aliquos quorum faciat sanguinem mittat eos in iherusalem
ut spolient templum. Incidens Eo tempore aristobolus natione iudeus pipa-
teticus misit. scilicet scripsit commentarios explanacionum in moysen ptolomeo
philometori. De antyochio epyphane
Regnans ergo anthiochus epyphanes qui rome obses erat post pre-

Tres libros salomonis fecit ecclesiastes qui incipit verbis dominum. parabolas vel prouerbia
cantica canticorum. Est et unus cuius auctor dubitatur. scilicet liber sapientie. 19. quod ecclesiasticus dicitur. Ideo hos
quidam istorum dicunt sapientie quoniam in capitulis notandum patet ab hiis libris sapientie. Ideo autem hanc appellacionem
sortiti sunt quia in moribus istorum summa traduntur. sapientes sunt quia mores informant vel quia de salu-
te salomonis exprimit declaracione dubium.

patre mortuo. Sciens quoque frater eius tertiam de regno Syrie habere [illegible]
Romam egressus est. Et licet quidam tradant eum filium [illegible]
senatorum redisse. Veniens quoque in Syriam benignum se omnibus [illegible]
exposuit strenuus erat in agendis et acer in hostes. unde et [illegible]
cognominatus est epyphanes quod sonat illustris et mortuo fratre regnum [illegible]
nit pro eo. Tunc impietatem sibi insitam aperuit quam [illegible] regni [illegible]
palliaverat optinendo. Tunc surrexerunt in Jerusalem filii belial [illegible]
tes ritus gentium. et petierunt ab antyocho ut facerent in Jerusalem [illegible]
bia. id est lupanar epheborum et quod Jerosolimite scriberentur antyocheni. et fecerunt [illegible]
gymnasia in quibus dogmatizabatur de ritu gentilitatis. et fecerunt [illegible]
putia. id est non circumcidebant parvulos suos vel qui circumcisi fuerant [illegible]
bat. Quidam tamen volunt quod quedam velamina fecerunt [illegible]
de iudaicos genitalibus videntur dissimiles apparerent. [illegible]
hec fiunt. Onias sine liberis duos habebat fratres. Jhesum vel [illegible]
ne. qui contendebat de pontificatu et ut placeret antyocho [illegible]
ad ritus gentium adeo ut nomina gentilium sibi imponeret. et esset [illegible]
est iason onias. Johannes vero menelaus. Cumque plures esse [illegible]
supplicarunt antyocho de faciendo gymnasio in Jerusalem et [illegible]
viri pessimi culpabiles in cibo et in violatione sabbati et [illegible]
Antyochus amovit iasonem et elevavit
menelaum. qui furatus est omnia in antyochiam
Hic cum vidisset furtum fratris descendit ad
regem si posset mitigare animum regis. Sed cum me-
quinet sedebat in antyochia in asilo et veniens post eum [illegible]
suasit andronico ut occideret oniam. Qui evocatum eum de asilo [illegible]
eum. Et iratus rex pro morte iusti andronicum [illegible] in quo ille occiderat [illegible]
gellatum per civitatem in eodem loco fecit occidi. [illegible]
[illegible]. Sed tamen machabeorum dicit solus iason fuisse fratrem onie [illegible]
fratrem cuiusdam symonis qui invidens onie persuasit seleucho [illegible]
rio spoliando de quo supra dictum est. Post hec antyochus [illegible]
egypti in dolo ascendit in Jerusalem et pro divisione [illegible]
fecit in ea. Et percussit milites in ipsis et lugebat omnis [illegible]
in egypto et cum repulsus per nuncios romanorum post [illegible]
in Jerusalem in furore et aperuerunt ei portas
fautores sibi. Et ingressi [illegible] sententes
et expugnavit templum menelao ductore
tollens vasa et lucernas mensam et sacrarium
et urnam auream. Apelles quoque non abstinuit et
posuit in templo ydolum iovis olympici vel hos-
pitalis oblationes inoperatas fieri prohibuit
altare enim [illegible] et similia eidem circum-
et ydolo ymolare coegit iudeos. Arcem quoque
munivit in civitate david. in qua posuit presidium
macedonum qui iudeis erat in omnibus inimicus.
Nam quoscumque circumcidisse filios suos reperisset suspendebat et pueros de collo [illegible]
ad colla eorum. Videntes autem samaritani iudeos hec pati [illegible]. Et quod [illegible]
natione sua se non esse cognatos iudeorum quod fatebatur [illegible]
predicaverant templum super garizim dei esse [illegible]

[illegible]

Ephebia

Asilus

Colosus

Asilus domus refugii et dicitur ab a quod est sine et sile quod est tractus [illegible]
Post biennium. Infra hoc biennium visi sunt in Jerusalem in aere [illegible]

scribentes antiocho in hunc modum. Deo epiphani relatio a sychimitis sydo-
niorum. Maiores nostri propter pestes quasdam superstitionem sabbatorum secuti sunt
construentes in garizim templum sine numine. Venerunt quoque iudei nunc
ad nos et similia nobis inferunt. Cumque ab initio sydonii esse nos fateamur
cohibe iudeos tuos ab afflictione nostra et templum super garizim
nomine grecii iovis vel [illegible] petimus dedicare. Et adiudicavit
antiochus facere petitionem eorum. De machabeis.

Tunc multi iudeorum quidam sponte quidam timore regis iussa secuti
sunt. Plurimi vero patriis legibus adheserunt. Erat autem vir de mo-
din modico iudee vico sacerdos nomine matathias filius iohannis filii
symeonis filii asmonei de vice ioachim .i. unus eorum ex xxiiii
quos david elegit. In eundem modum dictus est zacharias de vice abya.
Erantque ei filii v. Iohannes. Symon. Iudas. eleazarus et ionathas
quisque suo nomine censebatur. Sed sufficit de iuda dicere quod dicebatur
machabeus. Hii videntes mala in civitate (?) planxerunt. Et venerunt
emissarii directi a rege in modin statuentes ydola sua in
loco in quo cogerent iudeos immolare et dixerunt matathie. Princeps
es in civitate hac. et prior iussa regis imple. Qui clamavit et si omnes
obediant regi. ego et filii mei et fratres mei obediemus legi dei
et non sacrificabimus. Tunc quidam ex iudeis immolavit in medio.
Exsurgens matathias cum suis trucidavit eum super aram et mini-
strum regis fremens. aramque deponens clamavit. Qui dei est sequatur
me et cum omni tribu sua exivit in solitudinem omnia relinquens. Multique
cum filiis et uxoribus ad solitudines confugerunt manentes ibi in
[illegible]. Quos iudices regis primo flectere verbis conabantur ut eligerent
[illegible] ne eis tamquam hostibus venirent. Qui noluerunt eos audire. Tunc
emissarii regis aggressi sunt eos in diebus sabbatorum quibus nephas erat
eis arma movere. et peremerunt quosdam alios in speluncis globis
fumiferis suffocantes et perierunt ex eis mille. Plures autem
[illegible] adiuncti sunt matathie. et eum sibi iudicem statuerunt. Qui docuit
eos pugnare in sabbatis dicens. Si super hac lege stabimus cum hostes
legis dampnes causa sunt ut pereat populus dei. et lex cum populo perit. Ex hoc
ut dicit iosephus permanet nobis consuetudo pugnandi etiam si tali die
bella consurgant. Colligens ergo matathias armatos aras deposuit
ydolorum. immolantes quos potuit fremuit. pueros non circumcisos iussit
circumcidi et anno uno hunc gessit magistratum. Cumque graviter egrotaret
convocatis filiis ait. Ego deveni persecutor vestrum commendo vobis
patrias leges. Non est gravia mente memoriam. nam corpora mortalia
sunt. Factorum vero monumentum immortalitatis ordine consequimur. Eleazar
... habete et symonem propter sapientiam in consiliis habeatis patrem. Iudam
propter fortitudinem ducem exercitus. Et mortuus est matathias
et sepultus in modin. Et planxit eum israhel planctu magno. Et surrexit
pro eo iudas machabeus filius eius et factus quasi leo defendebat
israhel clipeo suo. De preliis iude machabei.

Tunc appollonius dux samarie in virtute magna egressus est contra
iudam. Iudas autem occurrit ei et percussit eum multosque cum eo et
reliqui fugerunt. Tulit quoque spolia multa et gladium appollonii. et

Procedant ... deut. 13º. Si tibi voluerit persuadere frater tuus etc. Et infra
... non acquiescas ei sed statim interficies eum.

nō bn̄

cat pugnans in eos omnibus diebus vite sue. Seron autem dux exercitus syrie
audiens roboratum iudam tulit sub se constitutos et iudeos transfugas
res legis et congregatus est in bethsura et occurrit ei iudas cum paucis
videns suos propter paucitatem et ieiunium desides hortatur eos non in
multitudine sed in pietate confidere. et confligens cum syris dux exercitus
fecto prosternitur fugientes in descensu montis bethoron usque in campum
et ceciderunt ex eis. decem et octo viri. Josephus dicit. viii. milia. Inde fugit ceteri
runt ad maritima loca philistim. et cecidit timor iude et fratrum eius super gentes
Audiens hoc antyochus congregavit omnem exercitum virtute et mercede [illegible]
in singulis mercedem condixit. Cumque militibus stipendia distribuisset
thesauros deficere. nec ei etiam tributa ei reddebantur propter seditionem
et deliberavit ire in persidem et accipere tributa regionum et [illegible]
de genere regali super negocia regni ab eufrate usque ad fines egypti
ipsorum et ut nutriret antyochum filium suum donec rediret. et dimisit
ei medietatem exercitus et elephantes precipiens ut vastaret iudeam
et everteret ierusalem et genus iudeorum extirparet. Ipse vero abiit
egressus ab emach quam persepolim antyochiam nominant et [illegible] collegit
superiores regiones. Lysias vero ~~elegit ptolomeum~~ [illegible]
et elegit ptolomeum nychanorem et gorgiam viros potentes ex amicis
regis. et misit cum eis. xl. milia peditum. et vii. milia equitum ut
venirent in terram iuda et applicuerunt in emaus in loco campestri et mercatores
venerunt syri eis in auxilium et multi transfuge iudeorum. Iudas vero [illegible]
tores quidam quamvis se iudeos emere captivos. Iudas autem [illegible]
tu pertit in masphat et hortabatur suos spem ponere in deo. paulo ante
secundum legem noviter uxoratos et qui possessiones suas paulo ante
acquisierunt [illegible] Et assumpsit gorgias. v. milia virorum et mille equites
electos et egressi sunt cum solis occasu ut per noctem irruerent super iudeos latenter
Quod presentiens iudas surrexit et ipse castra hostium [illegible] campestria
et focos plurimos in castris derelinquens pervenit ad campestria [illegible]
Gorgias vero in castris iudeorum neminem inveniens arbitratus [illegible]
gisse ad montes querebat eos in montibus. Diluculo apparuit [illegible]
in castris iudas cum tribus milibus plus vel minus [illegible]
re. Cumque inopinatos hostes invadit multos occidit [illegible]
tus est usque gesseron et campos ydumeos et azoti. Et ceciderunt [illegible]
eis tria milia. Judas vero dicebat suis post [illegible] gorgiam
pugna ~~sit~~ contra gorgiam superesset. Videntes autem qui cum gorgia [illegible]
castra suorum incensa nam fumus a longe hoc eis indicabat [illegible]
suos in fugam conversos et nec terga dederunt. Iudas post [illegible]
suos in fugam conversos et terga dederunt. Iudas post plurimum [illegible]
victorie tulit hostium spolia multa ad propria revertens [illegible] v. milia [illegible]
Et adheserunt iude plures et fuerunt cum eo circiter. x. milia virorum
Sequenti vero anno congregavit lysias exercitum. lx. milia [illegible] iudas [illegible]
. v. milia equitum et venerunt in iudeam et occurrit illis iudas congressus [illegible]
roth. cum. x. milibus. Et prius fortes stare presentes congressus [illegible]
et ceciderunt de exercitu lysie. v. milia virorum. Et [illegible]
iudeorum audaciam et timens eorum desperationem nisi eis [illegible]
relicuisset rediit antyochiam presidia congregans [illegible]
maiori apparatu rediret in iudeam. De purificatione templi

Fugientibus gentibus victis antyochi ducibus persuasit iudas populo ut ascenderent ierusalem templumque mundarent et invenientes templum desertum et in eo frutices pullulasse planxerunt planctu magno. Et elegit iudas milites qui expugnarent eos qui arcem syon custodiebant donec ipse templum a sorditate purgaret. Quod diligenter emundans ea die qua prius fuerat ab alienigenis pollutum introduxit vasa nova candelabrum et mensam auream ex hiis quae ex auro fuerant et posuit vela in ingressu et ianuas restauravit et deponens altare quod statuit antyochus de lapidibus novis aliud edificavit. Et encenniatum est templum xxv die decembris mensis. Cuius dedicatio stetit in posterum aliis duabus habitis in dissimilitudinem. De hac dictum est in evangelio. Facta sunt encenia in ierosolimis et hiemps erat. Et optulerunt holocaustum super novo altari et adolaverunt incensum de calculis veteris altaris igne concepto et accenderunt luminaria multa et dixerunt festum luminum. Vel propter multitudinem luminarium vel quia tunc illuminavit eos deus sedentes in tenebris. Et statuerunt iudam summum sacerdotem. Facta sunt hec post tres annos quibus templum mansit prophanatum secundum danielis prophetiam quam ante [illegible] et viii annos predixit et solempnizaverunt viii diebus sub umbraculis frondium ritu scenophegie memores quod paulo ante in speluncis habitaverant statuentes ut posteri per viii dies hanc innovationem templi celebrarent. Unde iosephus ait. Ab illo tempore et hactenus hanc festivitatem celebramus vocantes eam luminaria eo quod preter spem lumen nobis refulgeret apparuit. Tunc construxit iudas muros in circuitu civitatis et edificavit turres custodes in eis deputans. Sed et bethsuram munivit ut esset populo castello versus ydumeam adversus hostes. Arcem tamen syon medium optinuit.

Eadem die qua destructum fuit templum eadem die revolutis tribus annis reedificatum.

Nota quod hic hiemis festum iudeorum preter ogdoadem quod non obest quia non fuit festum ex lege.

Templi encenia

De preliis iude .ii.

Porro gentes finitime in reparatione templi et robur iudeorum egre ferebant et persequebantur eos quos iudas viriliter debellabat. Et percussit ydumeos plaga magna et pugnavit contra thimotheum ducem filiorum amon et fugavit eum et vastavit iazer et redijt in iudeam. Et congregate sunt gentes que erant in galaad adversus iudeos qui erant in finibus eorum. Qui fugientes in themam miserunt ad iudam ut ferret eis auxilium nunciantes quod festinaret tymotheus capere castrum in quem confugerant. Cumque adhuc legerentur epistole supervenerunt nuncii a galilea indicantes congregari eos qui erant in tholomaide et tyro et sydone adversus iudeos. Ergo utrobique hostibus nunciatis misit iudas symonem fratrem suum cum tribus milibus electorum in solacium galileorum. Ipse vero cum ionatha fratre suo et viii milibus exivit in galaaditidem relinquens in iudea iosephum et azariam duces ut servarent iudeam sed cum nullo hostium interim bella committerent. Et venit symon in galileam et contrite sunt gentes ab eo et persecutus est eos usque tholomaidem et tulit spolia eorum et iudeos quos inde habebat captivos et reduxit in iudeam. Iudas vero et ionathas transeuntes iordanem abierunt viam trium dierum per desertum et occurrerunt eis nabuthei et susceperunt eos magnifice et narraverunt eis que acciderant fratribus in galaaditide et quo in municione tenerentur conclusi. Iudas vero prius incendit bosor et spoliavit. Et surgentes de nocte cum diluculo venissent

ad obsidionem vidit portantes scalas et machinas ut comprehenderent mu-
nitionem. Et venit post eos tribus ordinibus et insonuit tuba et castra
tymothei cognoverunt quia machabeus est et fugerunt ab eo et cecide-
runt ex eis .viii. milia fere et vastavit iudas civitates gentium in ga-
laadithide. Post hec congregavit tymotheus exercitum aliud et [illegible]
secus torrentem. iudas vero abiit obviam illis. Et ait thymotheus prin-
cipibus suis. Si transierit ad nos iudas potens poterit adversum nos. si vero
timuerit transire et castra posuerit extra flumen transeamus ad eum quia poteri-
mus adversus illum. Et transivit iudas torrentem relinquens post se [illegible]
[illegible] venire mane. Et contrite gentes fugerunt ad phanum quod erat
in carnaym. Iudas vero succendit phanum cum omnibus qui erant in galaadithide [illegible]
congregavit iudas universos israhelitas qui erant in [illegible]
parvulos et uxores ut venirent in terram iude. Cumque venissent ad [illegible]
pecierunt a civibus transitum et noluerunt eis aperire. Et [illegible]
iudas effron et transivit per eam super interfectos. Et cum iudas [illegible]
extremos per totam viam exhortans et transmisso iordane ascenderunt
in montem syon et obtulerunt holocausta quia nemo ex eis cecidit. De galilea
redierunt in eadem die iudas de galaadithide et symon [illegible]
vero dum aberant iosephus et azarias volentes sibi facere nomen
congressi sunt cum gorgia et fugerunt et ceciderunt de populo [illegible]
Et magnificatus est iudas in israel quia quod prophetia habebat [illegible]
sepho et azaria ne egrederentur. Et vastavit iudas [illegible]
phylistiim et gentiles samariam declinavit in azotum [illegible] De morte antiochi
aras et deos eorum et cum spoliis rediit in iudeam.

Cum hec fierent in iudea perambulante antiocho superiores
regiones et audivit esse civitatem elymaidam in perside [illegible]
tam et templum in ea locuplex. in quo erant velamina aurea et lori-
ce et scuta que reliquit allexander et querebat predari eam [illegible]
sed elimaite fugaverunt eum ignominiose. Et nunciatum est ei
quod fracti erant principes eius in iudea et versus in furorem [illegible]
agitari currum suum sine intermissione. superbe intonans veniam [illegible]
et faciam eam polyandrum (sepulchrum) iudeorum. Et statim apprehendit eum [illegible]
viscerum et cecidit illum in pectore ~~[illegible]~~ [illegible]
cadaverum et collisus est. et manifestavit deus in eo virtutem [illegible]
videbatur etiam fluctibus maris imperare et montium altitudines [illegible]
appendere in gestatorio portabatur. Et ebullierunt vermes [illegible]
nibus eius et viventes effluebant et fetore illius gravabatur [illegible]
nec ipse fetorem suum ferre posset ductus est ad cognitionem [illegible]
mente et ait. Iustum est mortalem subditum esse deo. et vovebat se [illegible]
rum iudeos et pares atheniensibus facere. Pollicebatur [illegible]
iudeum et in omni loco predicaturum dei potentiam. Et desperans [illegible] antiocho filio suo [illegible]
hoc ad iudeos et orans ut fideliter adhererent antiocho [illegible] iosephus [illegible]
confitetur se pati hoc propter templi violationem [illegible] templi [illegible]
virum bonum dixisse ideo periisse antiochum quia voluit templum [illegible]
perside vastare. Ita quia nullatenus egit peccatum [illegible] lex [illegible]
actu tenebatur. Hic patet secundum opinionem iosephi quia lex [illegible]
sed non actum. Tunc vocavit antiochus philippum [illegible]

Poliandrum a polis quod est multum et andros quod est vir. [illegible] poliandrum
cumulum multorum cadaverum. et pro campo [illegible] pro cymiterio.
Tenebatur. scilicet secundum legem ut [illegible] pena legis.

poliandrum

[illegible]

constituit eum tutorem regni. dans ei dyadema stolam et anulum ut ferret
eum ad antyochum filium suum et poneret eum super solium regni. Et mortuus
est antyochus pegre in montibus et miserabiliter. Quod cum accepisset lysias
constituit antyochum quem nutrierat regem et vocavit eum eupatorem.
Tunc cogitavit iudas ut **De egressu antyochi eupatoris in iudeam**
obsideret eos qui erant in arce presidii et fecit balistas et machinas
et conformavit aggerem. Tunc egressi sunt quidam de obsessis et adiuncti
sunt se illis viri impii ex israel. et venerunt ad regem et dixerunt
Quousque non vindicas nos qui decrevimus servire patri tuo et tibi.
Ascende et libera obsessos nostros et redde nobis hereditates nostras. Et
iratus rex vehementer collegit exercitum. Sed et de regnis alienis ve-
nerunt ad eum conducticii. Et erant c milia peditum et xx milia
equitum et elephanti xxxii. Et applicuerunt ad bethsuram ut expugnarent
eam. Et recessit iudas ab arce et admovit castra contra castra
regis. Et ordinavit rex diluculo exercitum et ostenderunt elephantis
sanguinem uve et mori (i. vinum rubeum et morum) ad acuendum eos in prelium natura ei frigi-
de sit. Et astiterunt singulis elephantis ad custodiam mille pedites
loricati et equites quingenti et turres lignee erant super singulos et in
turri xxxii viri pugnatores desuper et indus magister bestie.
Et distinctum est pars exercitus regis super montes. alia per loca ibat humilia.
Et resplenduit sol in clipeos aureos et resplenduerunt montes
ab eis. Et apparuit iudas in prelium cum suis et ceciderunt de exercitu
regis dc viri. Et vidit eleazarus frater iude unam de bestiis ceteris
eminentiorem et arbitratus regem esse in ea cucurrit per hostes et
subiit elephantum et effodit eum in umbilico et cadens elephas oppressit
eum. Tunc diverterunt iudei a prelio et ascendit rex post eos et cepit
bethsuram positis ibi custodibus in ea obsedit ierusalem. Et statuit illic
balistas et machinas et ignes et iacula et scorpiones ad mittendas
sagittas et fundibulas. Esce autem non erant in urbe eo quod vii
annus esset et egressi sunt plures. Tunc audivit lysias quod philippus
rediret a perside et querebat suscipere regni negotia et suggessit regi
dicens. Deficimus cotidie et esca nobis modica est. et munitus est locus
quem obsidemus et incumbit nobis ordinare de regno. Demus ergo
dextras hominibus istis statuentes ut ambulent in legibus suis et faciant nobiscum
pacem. iuravit rex et principes eius et intravit montem
Syon et vidit munitionem loci rupit iusiurandum et destruxit
muros in gyro et reversus antyochiam invenit philippum dominantem et in-
pugnavit eum. **De demetrio et nychanore .l.**

In tempore exiit demetrius seleuci filius ab urbe roma et ascendit
in civitates maritimas et regnavit ibi. Hic dum adhuc
puer esset pater eius antyochus epiphanes privavit eum regno
et descendit romam in acceptationem patrui. Audiens vero patruum defunctum
rediit et plures receperunt eum. Sed et antyochum ligavit exercitus
et lysiam ut afferrent eos ad eum. Quod cum accepisset ait. Nolite
ostendere faciem eorum et occidit eos exercitus et sedit demetrius super
solium regni sui. Tunc venerunt impii ex israel. et alchimus aaronita
qui volebat fieri sacerdos. et accusaverunt iudam dicentes.

Eleazar

... boni significatur. primo scilicet albi per vite mundiciam. secundo rubei per caritatem
... vino nigri per laboris et penitentie sustinentiam.
Gregorius. Sub bestia quam sternit moritur quod de vicio victoria gloriatur.

Perdidit iudas omnes amicos suos et nos disperdidit de terra [illegible]. Et [illegible]
ergo virum cum credis qui videat exterminium et vindictam. Et consti-
tuit rex alchimum principem sacerdotum. et misit cum exercitu bachide [illegible]
in iudeam. Qui misit nuntios ad iudam et fratres eius in dolo loquentes [illegible]
et non attendit iudas sermonibus eorum. multi vero de populo credentes [illegible]
dicentes. homo sacerdos de semine aaron venit non decipiet nos. Sed [illegible]
sunt ad bachidem et occidit ex eis lx. viros una die. Secundum quod [illegible]
sanctorum tuorum effuderunt in circuitu iherusalem. et non erat qui sepeliret. Tunc [illegible]
fugerunt ab eo dicentes. Non est veritas et iudicium. Tunc [illegible]
chides a iherusalem. et applicuit in bezecha et multos ex eis qui [illegible]
refugerunt occidit et proiecit in puteum. Et commisit regionem [illegible]
chimo relinquens ei adiutores et ipse reversus est ad regem [illegible]
Tunc alchimus seducebat omnes viros ad liberum [illegible]
manu valida transfugarum circumseptus est et fecit mala in israel [illegible]
gentes. Quod attendens iudas cepit exire in regiones et non posset [illegible]
vindictam in viros desertores. Videns autem alchimus quod [illegible]. Et misit [illegible]
sustinere rediit ad regem accusans iudam in multis. [illegible]
michanorem qui cum eo fuerat rome in iudeam. mandans ei [illegible]
Et venit michanor cum exercitu in iherusalem et locutus ad iudam [illegible]
verbis pacificis et salutaverunt se invicem. Sed cum iudas comperisset [illegible]
esset insidias exiliit et refugit ad suos. Postea commiserunt [illegible]
iuxta vicum caphasalama. et victus iudas fugit in civitatem [illegible]
egressi sunt sacerdotes ad michanorem supplicantes et ostendentes [illegible]
holocaustum quod offerebatur pro rege et irridens sprevit eos [illegible]
manum extendit? iuravit. Nisi traditus fuerit mihi iudas cum [illegible]
cendam locum istum. Et recessit michanor a iherusalem et venit [illegible]
et suscepit exercitum syrie sibi destinatum. Et exivit iudas ad eum [illegible]
milibus post eum. et commiserunt prelium tercia die mensis et fugit [illegible]
exercitus sunt castra michanoris et cecidit ipse primus [illegible]
exercitus eius proiectis armis. Et egressi de castellis iudee [illegible]
circu persecuti sunt eos usque ad unum. et caput michanoris et [illegible]
tram et dexteram quam superbe extendit suspenderunt [illegible]
linguam eius minutatim incisam dederunt avibus et filii [illegible]
Et statuerunt diem illam solempnem omnibus annis et [illegible]
a preliis dies paucos. De federe iudeorum cum romanis. [illegible]

Tunc audivit iudas nomen romanorum et [illegible]
fecerunt in orbe. et quos volebant vel [illegible]
[illegible] et tamen cum amicis optime consiliabantur [illegible]
istis nemo postulabat sibi dyadema. sed fecerunt [illegible]
et. ccc.xx. consilium agentes. Et misit romam eupolemum [illegible]
hii iohannis et iasonem filium eleazari. Qui dixerunt missi [illegible]
Iudas machabeus et fratres eius et populus iudeorum [illegible]
vos statuere vobiscum societatem et ut auferatis ab eis [illegible]
rum. Placuit ergo sermo romanis et scripserunt federis formam [illegible]
rescriptum in tabulis ereis miserunt in iherusalem ut esset ibi memo-
riale in hunc modum. Bene sit romanis et genti iudeorum

et terra et pax in eternum. Quod si institerit bellum romanis auxilium ferent
gentes iudeorum. non accipient stipendia a romanis. Idipsum facient
romani iudeis. Tunc scripserunt romani ad demetrium. Quare gravasti
iugum tuum super amicos nostros et socios iudeos. Si ergo adierint nos
adversum te faciemus illis iudicium et pugnabimus tecum terra marique.
Et cum audisset demetrius **de morte iude. 9º.**
quod cecidit nichanor cum suis misit rursum in iudeam bachidem et al-
chimum et dextrum cornu cum illis. Et applicuerunt exercitum ad the-
salonicham et sitientes abierunt in berea et iudas posuit castra
in laisa cum tribus milibus electorum. Qui videntes multitudinem hostium
timuerunt valde et subtraxerunt se de castris nec remanserunt cum
iuda nisi dccc viri. Et iudas corde dissolutus est. Nam bellum
urgebat eum nec habebat tempus congregandi et tunc locuti sunt qui
residui erant. Non potimus ad eos sed liberemus animas nostras modo et rede-
amus ad fratres nostros et tunc pugnabimus adversum eos. Cum iudas
absit rem istam facere ut fugiamus ab eis et sic inducamus obprobrium
glorie nostre. sed moriamur in virtute propter fratres nostros. et congressi sunt cum
hostibus et expugnabat cornu dextrum. Qui autem in sinistro cornu
erant venerunt eis a tergo et ingravatum est prelium et cecidit iudas et
ceteri fugerunt. Symon autem et ionathas fratres eius redimentes
corpus ab hostibus tulerunt illud in modin et sepelierunt illud in se-
pulchro patrum suorum et planxit eum populus israel planctu magno.
Et emerserunt iniqui in israel et facta est fames magna et tradidit se
bachidi omnis regio. Et elegit bachides impios viros et constituit
eos dominos regionis qui exquirebant amicos iude. Et congregati sunt amici iude
eligentes ionathan in ducem sibi. **De ionatha.**
Et suscepit ionathas loco iude fratris sui et querebat bachides
eum occidere. Tunc ionathas cum suis fugit in desertum thecue et
misit fratrem suum iohannem ad nabutheos amicos suos ut commodaret
apparatum suum qui erat copiosus. Et exeuntes filii iambri prenderunt
iohannem et tulerunt omnia que habebat. Et post hec nunciatum est iona-
the et symoni fratri eius quod filii iambri faciunt nuptias et ducunt
sponsam ex madaba et sic reperierunt ad eos de insidiis et
interfecerunt multos in vindictam sanguinis fratris sui et redierunt ad ripam
iordanis. Et audivit bachides et venit in die sabbatorum in virtute ma-
gna. Et dixit ionathas ad suos. Ecce bellum ex adverso. aqua
iordanis hinc et inde et paludes et saltus et non est locus
divertendi. Clamate ergo in celum et pugnemus. Et commissum est bellum
et ceciderunt ex parte bachidis mille viri et versus est bachides in
fugam et reversus est in ierusalem et edificavit in iudea civitates mu-
nitas et posuit custodiam in eis et accepit filios principum regionis
obsides et posuit eos in arce ierusalem in custodia. Tunc precepit
alchimus destrui muros domus sancte interioris et destrui opera prophetarum
Et cum cepisset destruere percussus est paralisi et mortuus est cum tormine
magno. Tunc rediit bachides ad regem et siluit terra iuda
duobus annis. post quos viri iniqui in israel reduxerunt bachidem
in iudeam qui voluit occulte comprehendere ionathan sed non potuit. Na-

[illegible] Ubi cum moritur bonus pastor. Zach. 13. Percutiet pastorem et dispergentur
Jere. 23. Scilicet oves omnes fugerunt.
Ita deficiente bono prelato mali multiplicantur. Act. 20. Ego scio quod post discessum
meum intrabunt lupi rapaces et ita fit fames verbi dei. Prov. 29. Cum impii sumpserint prin-
cipatum gemet populus. Hic dicit tempus quod in nuptiis iambri conversi sunt in luctum et vox musicorum
Extrema gaudii luctus occupat. Job 30. Versa est in luctum cythara mea
in bonis dies suos.
Industria boni pastoris ut plebi sibi subiecta provideat et omnia sibi serat

[illegible]

innotuit consilium eius ionathe qui comprehendit .l. viros de illis qui insidi-
abantur ei et occidit eos. Et secessit ionathas cum simone in bethbes-
sen que est in deserto et firmavit eam. Et ascendit bachides cum exercitu
magno et obsedit bethbessen. Et egressus ionathas relicto si-
mone in civitate et fecit ionathas sibi ... et percussit
nocte multos hostium in tabernaculis eorum. Symon vero egressus de
civitate succendit machinas et pugnaverunt contra bachidem
et contritus est ab eis. Et iratus bachides contra viros qui consilium dederant
ei in iherusalem et multos ex eis occidit. Quod audiens ionathas
misit ad eum legatos componere pacem cum ipso. Qui libenter acceptavit
et iuravit se nil mali facturum omnibus diebus vite sue et reddidit
ei captivitatem quam prius ceperat de terra iuda et conversus
redit in terram suam. Et cessavit gladius ex israel. Et sedit iona-
thas in machmas et iudicavit populum et exterminavit impios ex israel.

De allexandro. x.

In tempore allexander filius antiochi ... epyphanes ascendit et occupavit ptolomaidem et
regnavit in ea. Quod audiens demetrius congregavit exercitum contra allexandrum
et misit ad ionathan ut secum faceret pacem. ...
Insuper dedit ei potestatem congregandi exercitum et obsides qui erant in arce
iussit ei reddi. Et venit ionathas in iherusalem et cepit edificare ci-
vitatem et munivit montem syon in circuitu. Et fugerunt alienigene de munitionibus
quas posuerat bachides in iudea tantum in bethsura aliqui remanserunt quia
erat eis ad refugium. Et audivit allexander promissiones quas fecerat
demetrius ionathe et prelia et virtutes quas ipse fecerat vir potens
eius. Et scripsit ad ionathan dicens. Audivimus de te quod sis vir potens
et aptus ut sis amicus meus. Et nunc constituimus te hodie summum sacerdotem
gentis tue et ut amicus regis voceris. Et misit ei purpuram et coronam
auream. Et induit se ionathas stola sancta in die solempni ...
et congregavit exercitum et arma copiosa. Quod audiens demetrius
contristatus est et remisit ad ionathan in hec verba ...
... Et nunc absolvo omnes iudeos a tributis. et pretia ... in regno ...
iherusalem do summo sacerdoti. et omnem animam iudeorum que est in regno ...
tuam relinquo liberam gratis et quod omnes dies solempnes sint ...
immunitatis et remissionis et dies decreti ... illos ...
ante solempnitatem et tres dies post. Ptolomaidam et ...
et fines eius do summo sacerdoti et ... sicli ...
mus .xv. milia siclorum ad instaurandam opera sanctorum et ad muniendos
muros iherusalem. et in iudea ... ... alexandri ...
... et populus non crediderunt ei. Et complacuit eis in alexandro ...
... ei auxilium omnibus diebus. Tunc congregavit rex allexander exercitum
et movit castra contra demetrium. et fugit exercitus demetrii ...
dit etiam demetrius in die illa. Tunc misit alexander ad ptolomeum
regem egypti dicens. Da mihi filiam tuam uxorem. et ascendit ptolomeus ...
significans ut occurreret ei ptolomaide. Et exivit ptolomeus ...
eo et filia eius cleopatra et occurrit sibi alexander ad ptolomaidam et
dedit eam uxorem. Tunc alexander vocavit ad se ionathan ... ...
veniens ionathas ptolomaidem invenit gratiam ...

Purpuram et coronam. Nota quod primo dicit purpuram post coronam ... passi-
onem christi quod significatur per purpuram venit ad coronam ...
et conregnabimus in patria ... quod in tempore post passionem ...
multas tribulationes et angustias oportet nos intrare in regnum dei.

Et venerunt quidam pestilentes ex israel · post eum et accusabant eum · sed non attendit ad eos rex sed magnificabat ionathan et induit eum purpura et consedit cum eo inter primos amicos · Hec autem quatuor insignia regalia purpura fibula aurea · dyadema · et sceptrum et reuersus est ionathas in ierusalem cum gloria ·

De demetrio cretensi

Post tres annos venit demetrius filius demetrii a creta · Hic occiso patre in puero fugit ad cretenses piratas marinos et assumptis viribus rediit in maritimam phylistiorum et in syria celes et constituit apollonium ducem exercitus qui prouocauit ionathan in prelium · Qui assumptis x milibus egressus est de ierusalem et veniens ioppe expulit inde apollonium et optinuit eam · Et ibat apollonius in azotum et insecutus est eum ionathas et commiserunt prelium in campo et fugerunt equites apollonii in azotum et intrauerunt in phanum dagon ut se tuerentur et succendit ionathas ciuitatem et phanum et eos qui erant in eo · et fuerunt de occisis in campo fere · viij · milia · Et transiuit ionathas in ascalonem et receperunt eum ascalonite cum gloria · et rediit ionathas in ierusalem · Et audiuit alexander virtutem eius et addidit adhuc glorificare ionathan et misit ei fibulam auream que solet dari cognatis regum et dedit ei accaron et omnes fines eius · Et cum veniret ionathas duobus insignibus regiis · forte signum erat de promotione regum iudeorum · Et egressus est rex egypti pater eius in virtute magna querens optinere regnum alexandri dolo et aperiebantur ei ciuitates et occurrebant ei · sic ei mandauerat alexander · Et transiens in singulis ciuitatibus relinquebat custodias et ut appropinquauit azoto ostenderunt ei templum dagon succensum et cetera demolita et tumulos eorum qui occisi fuerant et dicebant · Hec fecit ionathas ut inuidiam facerent ei · Et tacuit rex · Et occurrit ionathas ptolomeo in ioppe et salutauerunt se et abiit ionathas cum rege usque ad flumen eleutherum et rediit in ierusalem · Cumque ptolomeus optinuisset ciuitates usque seleuciam maritimam misit ad demetrium dicens · Veni componamus pactum et dabo tibi filiam meam quam peciit a me et dedi illam alexandro · Et tollens eam dedit illam demetrio et recessit ab alexandro manifeste · Et intrauit ptolomeus antyochiam et imposuit sibi duo dyademata · egypti et asye · Tunc alexander venit contra illum in bellum et victus est a ptolomeo et fugit in arabiam ad parentes matris · cum antyocho filio suo · Rex autem arabie timens virtutem ptolomei occidit alexandrum et reseruauit filium · et misit caput alexandri ptolomeo · qui grauissime · Sed factum est ut tertia die moreretur · Et regnauit demetrius in solio patrum suorum ·

De magnificatione ionathe ·

In diebus illis expugnauit ionathas arcem que est in ierusalem et nunciauerunt hec demetrio quidam iniqui ex israel · Qui iratus venit ptolomaidam et scripsit ionathe ne obsideret arcem sed occurreret sibi festinato · Et elegit ionathas de senioribus israel et dedit se periculo et accepit argentum mitram et vestes et abiit ad regem dans ei munera et inuenit gratiam in conspectu eius · Et licet multi accusarent eum magnificauit eum rex in conspectu omnium et statuit ei principatum sacerdotii et quecumque habuerat prius · Et videns demetrius quod siluit terra in conspectu eius dimisit exercitum ad loca sua · et retinuit solum exercitum peregrinum et inimici erant ei omnes exercitus patrum suorum ·

De triphone ·

Triphon erat quidam partium alexandri prius qui videns quod omnis exercitus
murmuraret contra demetrium . venit in arabiam ut educeret
antyochum filium alexandri in terram patris sui . Eo tempore demetrius
erat offensus suis . misit ad eum ionathas ut eiceret eos qui erant
in arce ierusalem et qui in presidiis erant quia expugnabant israel . Et scripsit
demetrius dicens . Hec et maiora faciam tibi cum fuerit oportunitas
Nunc ergo recte facies si miseris mihi viros in auxilium . quia discessit exercitus
a me . Et misit ei ionathas . tria milia electorum in antyochiam et
delectatus est rex in adventu eorum . Et surrexerunt in civitate [illegible]
milia et volebant interficere regem . et fugit rex in aulam et liberaverunt
eos per civitatem . et occiderunt . c . milia hominum et [illegible]
Residui vero civium dederunt dexteras regi et fecerunt pacem [illegible]
ficati sunt iudei et redierunt in ierusalem . et solium regni [illegible]
Et mentitus est omnia que dixerat ionathe et recessit ab eo et [illegible]
Post hec tempore reversus est triphon de arabia . de antyocho adolescente
et reducens antyochum adolescentem et imposuit ei diadema et con-
gregati sunt ad eum exercitus quos disperserat demetrius et pugnaverunt
contra demetrium et fugit et obtinuerunt antyochum . [illegible] ionathe dicens
antyochum . Et scripsit antyochus adolescens ionathe [illegible]
tuo tibi sacerdotium . et constituo te super quatuor civitates ut sis de [illegible]
regis . et misit illi vasa aurea dans ei potestatem bibendi in [illegible]
in purpura et habere fibulam auream . et symonem fratrem eius constituit [illegible]
ducem a terminis tyri usque ad fines egypti . Et exiit ionathas [illegible]
et perambulabat civitates et venit ascalonem et occurrerunt ei [illegible]
fice . Azotenses vero prius resistentes ei postea dederunt [illegible] Et perambulavit [illegible]
Et accepit obsides ab eis et misit eos in ierusalem . Et audivit [illegible]
giones usque damascum agens regni negotia . Et venit [illegible]
thas quia principes demetrii qui erant in cades galilee [illegible]
exercitu magno et vellet eum removere . et occurrit illis [illegible] et fugerunt [illegible]
fratrem suum interim provinciam et congressus est cum eis . [illegible]
qui erant cum ionatha preter duos . Et scidit ionathas vestimenta [illegible]
et oravit et aggressus est eos et convertit eos in fugam . Et [illegible]
ad eum qui recesserant ab eo . et insecuti sunt hostes usque [illegible]
qui erant in cades et occiderunt ex eis tria milia . [illegible]
thas in ierusalem ¶ Et misit ionathas romam [illegible]
tiam . Spartiatis quoque scripsit quos super lacedemonios [illegible]
Hec scripsit nobis arius rex vester . sub omnia sumus [illegible]
de genere abrahe estis et fratres nostri et fecimus vobiscum [illegible]
Ex tunc meliores sumus vobis in sacrificiis et obsecrationibus [illegible]
decet meminisse fratrum et nunc misimus ad vos ut innovaremus et [illegible]
amicitiam . Et rescripserunt spartiate . Pecora nostra et [illegible] Et audivit [illegible]
vestra sunt . et vestra nostra . et innovata est amicitia . [illegible]
quia iterum egressi sunt principes demetrii cum exercitu multo [illegible]
et egressus est adversus eos . Qui cum audissent adventum [illegible] Et mane [illegible]
nocte fugerunt relinquentes focos in castris [illegible] flumen [illegible]
eos ionathas et non comprehendit . transierunt enim flumen . zabadei [illegible]
Et divertit ionathas ad arabes qui dicuntur [illegible]

Et fugerunt omnes . Pistores significant mali qui fugiunt de exercitu [illegible]
damno . vel hyemno vel abicione scilicet . Genesis . 13 . Ceciderunt [illegible]
scilicet sollicitudo et fallacia diviciarum . tales sunt mercenarii [illegible]
fugiunt . Johannis . x . Zacharie . xi . Pastor et ydolum derelinquens gregem [illegible]

Symon autem declinauit in ioppen. Indicat ei quod vellet presidium tradere p[artibus]
demetrii et posuit ibi custodes. Et rediit ionathas in ierusalem
et [illegible] muros in ea et muniuit eam valde inter arcem et
ciuitatem ut esset ciuitas singularis in terra et nec emat neque vendat
[illegible] i. non indifferentes bonis aliorum. Eo tempore cogitauit triphon ior-
[illegible] adolescentem et imponere sibi diadema. Sed timuit iona-
than [illegible] defensorem antyochi et elegit ut eum primo occideret.
[illegible] ionathe ut ei occurreret in bethsan. Et venit ad eum ionathas
[illegible] militibus virorum. Videns quod triphon quod non posset manus extendere
[illegible] honorauit eum donis et munera et precepit exercitibus suis ut
obedirent ei sicut et sibi. Et ait ionathe: Ut quid vexasti populum? Elige
[illegible] et veni mecum ptolomaidem et tradam eam tibi et reliqua presidia
[illegible] et remissos misit ciuitates regni et rediit. Et credidit ei
[illegible] et dimisit in iudeam exercitum et retinuit tria milia ex
[illegible] misit in galilea duo milia et erant mille cum eo.
Ut intrasset ptolomaidem ligauerunt De morte ionathe.
[illegible] ciues et omnes qui erant cum eo interfecerunt. Et planxit omnis terra
[illegible] ionatham estimans occisum esse. Et dixerunt [illegible] gentes que erant in
circuitu iudei. Non habent principem tollamus de hominibus memoriam eorum. Et
congregauit triphon exercitum ut veniret in terram iuda et attereret
[illegible] plus ascendit in ierusalem et ait symoni: Tu es dux meus
[illegible] et ionathe fratris tui. De symone.
Et accelerauit symon consummare muros in ierusalem et misit exercitum
in ioppen. Cognoscens autem triphon quod surrexit symon loco
ionathe misit ad eum legatos dicens: Pro argento quod debebat fratri
tuus ionathas in ratione regis detinuimus eum. Et nunc mitte argenti
talenta c. et filios eius obsides et remittemus eum. Cumque cognosceret
symon dolum eius misit centum argenti et pueros ne inimicitias haberet plus
[illegible]. Non redemit fratrem volens regnare. Et mentitus est triphon
[illegible] regionem ut contereret eam. Et cum appropinquaret bascaman
[illegible] quod non proficeret occidit ibi ionathan et filios eius et rediit in terram
suam. Et misit symon et accepit ossa ionathe et sepeliuit eum in modin
[illegible] et statuit .vii. pyramides patri et matri et quatuor fratribus et cir-
cumposuit columpnas magnas et sculpsit in eis arma et naues ad
memoriam eternam. Triphon autem iter faciens cum antyocho dolo occidit
eum et regnauit pro eo in asia. Tunc edificauit symon presidia in iudea
et misit ad demetrium ut faceret pacem cum eo et mittens munera ro-
gauit ut faceret remissionem regioni. Et rescripsit demetrius dicens:
[illegible] recepimus et pacem facimus vobiscum magnam et remittemus
tributa et ablata [illegible] usque in hodiernum diem et absoluimus vos a
[illegible] ablatum est iugum gentium ab israel. Et cepit scribere
[illegible] in tabulis et gestis publicis anno tercio [illegible] in hunc modum
anno primo sub symone sacerdote magno duce et principe iudeorum.
[illegible] descendit symon in gazam et obsedit eam et eiecit ydolatrias
[illegible] de ciuitate et mundauit edes et collocauit in ea viros qui
legem facerent et muniuit eam et fecit sibi habitationem et obsedit in

Et credidit ei. Ionathan hic significat illum qui de facili credit quod malus
[illegible] non volens credere cuilibet spiritui sed probare spiritus si ex deo sunt. Eccl. xix.
Qui credit leuis est corde et minorabitur. Uerum [illegible] deficit. Consiliarius sit tibi
unus de mille. Fragiles propterea fides.
.vii. pyramides. Dicitur quod est forma triangulo et dicuntur pyramides a pyr quod est ignis
[illegible] quia in summo acutus ad modum
flammae. Sicut .vii. turres rotundas [illegible] tendentes in acutum ad modum

eos qui erant in arce iherusalem et clamaverunt ad symonem ut acciperent
dextras et dedit illis et eiecit eos inde et mundavit arcem a conta-
minacionibus et intravit eam cum musicis instrumentis primo et [illegible]
mari . statuens ut omnibus annis agerent dies hos cum leticia et sub se [illegible]
symon iohannem filium suum quod vir esset prelii . posuit eum sub se [illegible]
et dedit ei gazaram ad habitandum . Tunc congregavit sibi auxilia [illegible]
us exercitum et intravit mediam ad contrahenda sibi [illegible] et medie misit unum [illegible]
naret triphonem . Rex arsaces rex persidis et medie [illegible]
cipibus suis quod pervenisset castra demetrii et comprehendit eum vivum [illegible]
eum arsaces in custodia . et siluit terra iuda in diebus symonis et dilatavit fines [illegible]
sibi ioppen in portum et in introitum insularum maris . et dilatavit sub virtute [illegible]
gentis sue et abstulit immundicia et sedit unusquisque sub vite sua [illegible]
sub ficu sua nec erat qui eos terreret . Et misit symon ad spartiatas [illegible] in tabulis [illegible]
[illegible] ad firmitatem . Romanus consul misit clypeum aureum [illegible]
mille et statuerunt ei romanam libertatem et scripserunt in tabulis [illegible]
fedus quod posite sunt in titulis in monte syon . De antiocho demetrii [illegible]

Et tunc convenit antiochus demetrii filius [illegible]
venit ad eum omnis exercitus ita ut pauci essent cum triphone [illegible]
antiochus symoni et genti iudeorum dicens . [illegible]
miserunt vobis reges ante me et permitto vobis facere [illegible] magnificabo [illegible]
maris in regione vestra . Cuius optimiso regnum [illegible]
tram et replevit in gloria magna . Porro triphon fugiens [illegible]
per maritima venit [illegible] . Et invenit [illegible] romanorum [illegible]
dit civitatem terra et mari . Eo tempore lucius consul romanorum [illegible]
regibus et regionibus in oriente ne inferrent mala [illegible] de iudeis [illegible]
eis nec opem ferent impugnantibus . Et si qui pestilentes de iudeis [illegible]
ad eos tradent eos symoni principi sacerdotum ut vindicet in eos secundum
legem . Antiochus autem obsedit doram . [illegible] et conclusit triphonem [illegible]
procedere . Et misit ei symon duo milia virorum in auxilium [illegible]
et aurum et vasa copiosa . qui noluit ea accipere . sed [illegible] mandavit [illegible]
quod fecerat cum eo . Et misit ad eum athenobium [illegible]
et arcem que est in iherusalem et ioppen et gazaram et [illegible] . Et vidit athenobius [illegible]
[illegible] venimus et expugnavimus eum . Et vidit [illegible] et affluentiam [illegible]
iherusalem gloriam symonis et apparatum copiosum et [illegible] aliena non sumpsimus [illegible]
argento et obstupuit . Et vidit symon [illegible] aliquo [illegible] possessa [illegible]
hereditatem patrum nostrorum [illegible] et verba symonis [illegible]
Et reversus est athenobius ad regem et renunciavit ei [illegible] in navigio [illegible]
rex ira magna . Porro triphon fugit navigio [illegible] maritimam [illegible]
Rex autem persequens triphonem constituit ducem maritimam [illegible]
ei exercitum ut expugnaret iudeam . Et edificavit [illegible] iudee [illegible]
collocavit in ea milites ut vastarent fines iudee et [illegible]
symon vocavit duos filios suos seniores [illegible] ab adolescentia [illegible]
Ego et fratres mei expugnavimus hostes israel ab adolescentia usque [illegible]
hunc diem . Nunc autem senui sed estote loco meo et pugnate pro [illegible]
vestra auxilium de celo vobiscum sit . Et dedit illis [illegible] milia [illegible]
rum et equites et profecti sunt adversus cendebeum . Et [illegible]
torum et [illegible] et [illegible] plus [illegible]

et insecuti sunt eum omnes et insonuerunt sacerdotes tubis et conversi sunt in fugam
fugientibus et castris eius et ceciderunt ex eis vulnerati multi . Reliqui
et iudas frater iohannis et insecutus est eos iohannes fugientes usque ad cedrone
et ceciderunt ex eis . duo milia virorum et redierunt filii symonis in pace .
Porro ptolomeus filius abobi constitutus De morte symonis
erat dux in campo iericho erat ei gener summi sacerdotis et habebat
argentum et argentum multum et elevatum est cor eius et volebat optinere re
gionem et cogitabat dolum adversus symonem et filios eius ut tolleret
eos . Symon autem perambulabat civitates regionis gerens sollicitu
dinem earum et descendit in iericho cum iuda et mathathia filiis suis et
suscepit eos ptolomeus in munitiunculam quam edificaverat in dolo et
fecit eis convivium magnum et abscondit ibi viros . Et surrexit ptolomeus
cum armatis et occidit symonem et duos filios eius et reddidit
mala pro bonis . Rapta et uxore symonis cum duobus filiis eius vivam
tenuit . Et scripsit antyocho regi ut mitteret ei exercitum in auxilium et
traderet ei regionem et civitates et tributa . Misit quoque nuncios ad tribunos
ut venirent ad se et daret eis argentum et aurum et dona . Alios quoque misit
ut occuparent ierusalem et montem templi . Porro alios misit in gazara ut interficerent
iohannem . Sed precurrens quidam in gazaram nunciavit iohanni qui statim fecit
et ipse festinavit occupare ierusalem et occidit eos qui venerant cum patre
et factus est princeps sacerdotum post patrem suum . Secundus liber macha
beorum
Secundus liber machabeorum non est hystorie prosecutio sed prosecutive
recapitulatio . Est enim epistola quam scripsit iudas machabeus et senatus
iudeorum iudeis qui conversabantur in diversis regionibus orientis et maxime
in egypto in qua commendaverunt eis duas a se sollempnitates no
viter institutas hortantes ut eas susciperent et sollempnizarent quodam
modo . Una de purificatione templi quam fecerunt . xxv . die mensis casleu
id est decembris . post tres annos pollucionis facte ab antyocho . Al
tera quam instituerunt . xiii . die mensis adar
id est marcii qui et ultimus apud eos . Que dicebatur voce syriaca fidie
mardochei . die quam instituerunt pro incredibili victoria quam habuerunt
interfecto nychanore cuius caput et manum contra templum suspenderunt . Preter
has nichilominus eciam hortantes ut sollempniter agerent diem cenophegie
et diem sollempnem ignis qui datus de crasso aqua qui neemias
optulit sacrificia . In hoc autem libro huius epistole legitur iheremias
abscondisse archam et altare incensi in spelunca montis in quo moyses ascen
dit et vidit dei hereditatem . Et accesserunt quidam qui sequebantur iheremiam
ut notarent sibi locum et non potuerunt invenire quos culpans iheremias
dixit . Ignotus erit locus donec congreget deus congregacionem
populi et propicius fiat et tunc ostendet hec . Et apparebit maiestas domini
et nubes sicut in diebus moysi et sicut cum salomon fecit ut locus sanctifi
caretur magno deo . Quos cum sinedrius epyphanius dixisset iheremiam
et alia dixisse de manifestacione arche . forte mistice fuit . Nec a
lienum sit cum videntur has instituisse sollempnitates recapitulare
in epistola bella que fecerunt contra hostes qui frequenter ebullierunt de
quibus et quomodo liberati erant a deo in manu forti et signis et prodigiis
in machabeis . In hac autem recapitulacione apposita sunt quedam que in predictis
[illegible] descendens in iericho occiditur per quod significatur anima a puro et ab aplicionibus et pollicitationibus
[illegible] que significavit est . Vel . Ubi dicit qui othozias respiciens per cancellos cecidit . i . pec
[illegible] que sunt in planis . Glossa . Simplicitas
esse prudencia . Unde matheus . Estote prudentes sicut [illegible]
Simplicitas sola omnibus sufficit ad salutem sua suadet . Sicut simplicitatem [illegible]
precedenti die ante diem mortis mardochei .

nō legit' hystoria quorum quedam iam supra posuimus quedam vero suppressimus que orta
muit supplebimus. Forma vero epistole hec est. Populus qui est in ierosolimis et in iudea
senatus quoque et iudas aristobolo magistro ptolomei regis qui est de genere
christorum sacerdotum et hiis qui in egypto sunt iudeis salutem et sanitatem.
Benefaciat vobis deus et det vobis cor omnibus ut colatis eum et faciatis eius
voluntatem. Adaperiat cor vestrum in lege sua et in preceptis suis et faciat
pacem. Exaudiat dominus orationes vestras et reconcilietur vobis nec vos deserat
in tempore malo. Et nunc hic sumus orantes pro vobis. De magnis
periculis a deo liberati magnifice gratias agimus ipsi et cetera que sequuntur.
Pericula vero sua et liberationes a deo fratribus enarrare ceperunt a tempo-
re antyochi magni et a filio eius seleucho. Qui cum prius redditus sacerdo-
tum et de redditibus suis prestaret sumptus ad ministerium sacrificiorum
ad suggestionem symonis de tribu beniamin qui erat prepositus templi
et invidebat onie misit helyodorum ad spoliandum templum. Hec congregata
dixit non pertinere ad rationem sacrificiorum. Erant enim deposita
ad victualia viduarum et pupillorum et plura que erant in morte gestis
Terminaverunt autem persecutionem huius epistole in morte
nychanoris in hunc modum. Hiis igitur circa nychanorem gestis
et ex illis temporibus ab hebreis civitate possessa, ego quoque in hiis faciam fine-
m sermonis. Et siquidem bene et ut hystorie competit hoc et ipse velim. Sin autem minus digne concedendum est mihi. Sicut legere
semper vinum aut semper aquam contrarium est. Alternis enim uti delectabile. Ita legentibus si semper exactus sit sermo non erit gratus. Hec ergo erit consummatio.

De supradditis

Porro quedam superaddita in hac epistola de supradditis
recapitulatione summatim tangere curabimus. Nam cum in iudea sub
antyochi cum cogerentur iudei a patriis legibus recedere duce mu-
lieres delate sunt natos suos circumcidisse. Quas in fantibus ad ubera suspensis cum publice per civitatem circumduxisset ... precipitaverunt. Eleazarus quoque unus de primoribus scribarum et etatis
etatis aperto ore hyantem compellebatur suillas carnes sacrificii
manducare. Quidam vero veteres eius amici carnes licitas
petere rogabant ut simularet se ad imperium regis manducasse
renuens aiebat. Adolescentibus autem exemplum forte relinquam ...
plagis perempus in memoria mortis sue exemplum virtutis compelli a rege
contigit autem et vij fratres una cum matre comprehensos compelli a rege
ad esum porcine. Quibus renitentibus iussit rex coram matre lingua
... et ollas eneas succendi et primogenito linguam amputari et
cute capitis abstracta de summitate pedum ac manuum ... in eundem modum
matre et fratribus inspicientibus in sartagine torrebatur. In eundem modum singuli fratrum ad ordinem geniture torquebantur premissa cum ...
exhortatione ut regi obediret et viveret. Supra modum autem mater mirabilis et bonorum memoria digna singulos hortabatur ...
voce et femineae cogitationi masculinum animum inserens dixit ad eos
Nescio qualiter in utero meo apparuistis. Neque enim ego spiritum et animam
donavi vobis et vitam et singulorum membra non ego ipsa compegi. Sed ...
qui formavit vos spiritum vobis iterum cum misericordia reddet ...

Ad renitentes. In eodem dicitur tempus optimum ubi ... multe ... non fuit ... agere. Si statim ulciones adhibere magni beneficii indicium est. Greg. ... Qui non reddent ... Ideo sine ... filii hominum absque ullo timore perpetrant mala. Deuteronomium ... Deus ... reddet ... sponse et ... apoc. Ego sto ad ostium et pulso. Aplis. Nemo cum manibus ... Clamor sodomorum venit ad me descendam et cetera. Boetius. Ego misericordia dei est quod ... quamquam vero statim puniunt ... misericordiae agit cum peccatore si ... eodem modo si conversus ... expectat. Eze. 18. Nolo mortem peccatoris ... peccator convertatur sic vel non percipit ... cum peccatore ... peccator a via sua mala et vivat. Cum vero maximum peccatorem non statim punit si ... iusticia agit. Apoc. ... in sordibus ...

niue bosinet ipos despiciens contra legem eius. Cumque adhuc adolescentior
superesset suadebat rex matri ut adolescenti fieret in salutem. Cumque pro
misisset se suasuram filio. festinans ad illum patria voce dixit. Fili
miserere mei dignus fratribus tuis effectus suscipe mortem ut in illa
miseratione cum fratribus tuis te suscipiam. Tunc rex indigne ferens se de
risui in hunc super omnes crudelius deseviit. Novissime autem et post fi
lios mater defuncta est. Pro hac tamen synagoga matrem asserunt
cum his septem fratribus ecclesiam solempnizare. Item de eodem
Additur etiam in eadem epistola. quod cum iudas adversus thymotheum dimi
caret apparuerunt adversariis de celo viri .v. in equis ducatum
iudeis prestantibus. e quibus duo machabeum medium habentes armis
circumseptum conservabant in adversarios autem tela et fulmina iacie
bant. Nec multo post tunc cum egrederentur iudas a iherosolimis ut di
micaret adversus lysiam apparuit precedens eos eques in veste candida
armis aureis hastam vibrans. Addit etiam quod ioppite rogaverunt iu
deos secum habitantes ascendere scaphas quas paraverant in die festo ad col
loquium. Cumque in altum processissent submersi sunt ex eis non minus cc.

Scaphe

Quod ubi iudas in nocte superveniens portum succendit et scaphas ex
ussit. refugientes ab igne gladio peremit. Iamnitis quoque nocte superve
niens et portum cum navibus succendit ita ut lumen ignis pareret iheru
solimis ab stadiis .ccxl. Addit etiam quod plures apud iamniam pluries
occisi sunt de iudeis. et venit iudas cum suis ut corpora prostratorum tolleret
et in sepulchris poneret paternis. Invenerunt autem sub tunicis
interfectorum de donariis ydolorum que apud iamniam fuerant omnibus
manifestum factum fuit ob hanc causam eos corruisse. Et benedixe
runt iustum dei iudicium qui occulta fecerat manifesta. Et in preces
conversi rogaverunt deum ut delictum eorum oblivioni traderetur. At vero for
tissimus iudas collatione vel collacione facta a suis .xii. milia drag
mas argenti misit iherosolimam offerri ea ibi pro peccatis mortuorum
vel pro delicto eorum in sacrificium. Addit etiam quod cum scelestissimus
nichanor persequeretur iudam post fedus cum eo initum. et postea sciuisset
comperit iudam esse in locis samarie et disposuit cum eo committere bellum
in die sabbati. Iudei vero qui sequebantur nichanorem per necessitatem dixe
runt ei ut honorem daret diei sanctificationis. et deo qui universa conspicit.
Et ille quesivit ab eis. Si est potens in celo qui imperavit agi diem sabbatorum.
Et responderunt. Est deus vivus in celo potens qui iussit agi septimum diem.
At ille ait. Et ego potens sum super terram qui impero sumi arma et ne
gotia regis impleri. Machabeus autem cum pauci essent cum eo for
midantes impetum nichanoris et multitudinem illorum singulos ar
mavit non clipei et haste munitione sed sermonibus optimis et ex
hortationibus. proferens exposito eis sompnio quod in eadem nocte viderat in quo
viderat oniam summum sacerdotem. et qui a puero in virtutibus exer
citatus fuerat manus protendere. et orare pro populo iudeorum. Post hoc autem
apparuisse alium virum etate et gloria mirabili cum illo. et oniam
dixisse. Hic est amator fratrum et populi israel. Hic est qui multum orat pro populo et pro
civitate sancta iheremias propheta dei. et extendisse iheremiam dexteram
et dedisse iude gladium aureum et dixisse. Accipe gladium sanctum munus

solempnizare. Item quod liceret eam noluit facere cum scandalo fratrum. nec mori debeas facere. Unde dicit auctor
vitare debes quam possis si peto. Ro. 14. Noli cibo tuo perdere illum pro quo christus passus est. et 1 cor. 8.
Si esca scandalizat fratrem meum non manducabo carnes in eternum.
Glo. Iure se computat. ... filiorum matrem. si sibi contingit deo parere quos seculo filios genuisse
Non penas puerorum sed gloria computant tamen gratiam ... deo prebens vivere ... [illegible]
... tormentis maiorum.
solempnizare. ... pro lege et fide passi sunt quia professi sunt de resurrectione. Et de nullo alio legitur
... etiam excepto iohanne baptista qui fuit in confinio
pro peccatis mortuorum. Sed cum videret omnes mortuos in peccato ad quod faciebat omne genus eius. Unde ... [illegible]
orat pro populo. ... in morte. Item non omnes erunt rei.
Hoc est argumentum quod mortui orant pro vivis. ... iosue 13. Ego sum quem deleo. Glo. omnes
qui iam nos dormierunt pugnant nobiscum et orantibus adiuvant.

a deo quo decies adversarios populi mei isr(ae)l. Qua visione confortati qui erant cum iuda sperantes facientesque in hostes irruerunt ex eis [illegible] nimus. xxxv. milibus nichanore cum eis interfecto. Et redierunt iherusalem benedicentes deum. Caput nichanoris et manum cum humero abscisam contra templum suspenderunt. Itaque omnes cum consilio decreverunt nullo modo diem istum absque celebritate preterire. Hic tractatur [illegible] de ad dispersionem iudeorum. Tractatu igitur epulari recapitulacione [illegible] secucione hystorie revertamur. de iohanne filio symonis [illegible]

Mortuo symone *Incipit hystoria [illegible]* qui ultimus filiorum mathathie asamonei dux et sacerdos [illegible] in iudea successit ei filius eius iohannes cognomine hyrcanus. In [illegible] victis hyrcanus quem iosephus in tribus commendat [illegible] gione sacerdotii in strenuitate ducatus et [illegible] tius ptolomeum qui patrem eius dolo interfecerat matremque eius cum duobus [illegible] nibus tenebat in vinculis et confugit ad opidum ultra iericho [illegible] quod dagon vocabatur. Obsesso quidem opido cum iohannes acrius [illegible] tabat. ptolomeus matrem iohannis et fratres super muros [illegible] guinis effusione cedebat. fractus quasi pietate iohannes ab impugna tione cessabat matre tamen clamante ne pro se timeret sed [illegible] ptolomei [illegible] morte eius sua sic iudicante immortalitate meliore. Ob hoc [illegible] tracta obsidione. Septimus venit annus feriatus iudeis. recessit [illegible] cum obsidione iohannes. ptolomeus vero matre ipsius et fratribus occisis confugit ad zenonem. phyladelphie tyrannum qui cotila cognominabatur. *De [illegible]*

Post hoc antyochus pontices rex *[illegible] xenodoxia* syrie obsedit ihrlm. Quobrem ~~[illegible]~~ hyrcanus duos de octo loculis [illegible] sepulchri david [illegible] sustulit ex eis plus quam tria milia talentorum [illegible] ut ab obsidione recederet. Et ut sedaret [illegible] de reliqua pecunia primus instituit xenodoxia [illegible] maria capta solo equavit quam herodes [illegible]

Xenodoxia .i. domus peregrinorum.

Mortuus est iohannes xxxi. anno *De morte iohannis hyrcani* rebus optime amministratis relictis .v. filiis. aristobolo primogenito et antigono cum ceteris minoribus. Cuius [illegible] ipsum sufficere uxorem suam dixit [illegible] iudee et filius [illegible] *[illegible] iudeorum [illegible]*

Aristobolus vero [illegible] *restitutione regni iudeorum* dominium matrem cum fratribus minoribus vinculavit [illegible] et antigonum quem diligebat [illegible] a se [illegible] adema et restitutum est regnum iude. Fluxerant autem [illegible] quo regnum fuerat interruptum anni. cccc. lxxx. et menses tres [illegible] a reditu de captivitate babilonis ~~[illegible]~~ Unde [illegible] sunt fuisse regnum usque ad hyrcanum et aristobolum [illegible] ad aristobolum hyrcani filium. Rex tamen regnavit aristobolus [illegible] annum eo quod matrem fame perimeret in vinculis. Cumque [illegible] tobolus in [illegible] qui postea ab herode dicta est antonia redibat antigonus [illegible] de galilea in qua multa preclare fecit [illegible] nomine armis [illegible] centibus. Cumque [illegible] diebus [illegible] more fratris et ut ostenderet decorem armorum ipso armatus [illegible] Quod videntes emuli ipsius et maxime uxor fratris [illegible]

Ipse ei assensum non prebebat. Accusabant eum detractores Aristobolo. Frater
tuus audiens te egrotantem in manu forti et armata venit
ut te perimat et regnet. Quod ita probare potes. Iube eum venire
ad te. Si venerit armatus super hiis que diximus certus esto. Posuit
ergo ad suggestionem uxoris Aristobolus armatos in subterra-
neo, qui in pirgo Stratonis dicebatur per quem Antigonus transitum facturus
erat, qui si veniret armatus eum interficerent. Et admonens fratrem
Aristobolus precepit nuncio ut diceret ei ne armatus veniret. Regina
autem corrupit nuncium muneribus ut diceret quod armatus veniret. Af-
fectabat enim et eum rex videre in armorum decore. **De nece Antigoni.**

Erat autem eo tempore in Iherusalem genetalicus quidam Iudas
nomine de hessis essenorum, qui scolasticus sine arte sua predixerat
de morte Antigoni et diem et locum. Hic cum vidisset Antigonum
transeuntem gloriantem exclamavit: Pape, nunc mihi pulchrum est
mori, quia ante me veritas interiit. Mearum enim predictionum aliquid
medium est dispensum. Vivit Antigonus iste qui hodie moriturus
est in pirgo Stratonis. Locus iste ab hinc sexcentis stadiis distat,
hora vero iiii^a iam est diei. Cum sic eiularet senex, paulo post oc-
cisus est Antigonus cum armatus descenderet per pirgum Stratonis. Se-
locum equivocum senex agnovit fuisse deceptum. Audiens autem
rex mortem fratris doluit adeo quod morbus invalescens ut sanguinem lacera-
tis visceribus evomeret, quem unus de famulis hoc officio destinatus fo-
ras efferens ubi Antigonus occisus fuerat casu effudit super adhuc
existentes cruoris maculas. Quod videntes plures exclamaverunt asse-
rentes numinis dei in ultionem occisi sanguinem libatum occisoris. Cuius cum
clamoris rex sciscitaretur causam, nullusque auderet ei prodere eamdem, minatus
est instante supplicium. Rex quod erat ei indicaverunt. Et ingemiscens
ait: Fugere non erat ut dei lumini scelera mea laterent. Quousque corpus
sanguine meo fratris iam dampnatam detinebis. Utinam non paulatim
sanguinem meum eius libem, totum simul accipiat. Et hiis dictis exspiravit.

Quo mortuo uxor eius que prole **De tyrannide regis Alexandri**
caret eo non superstite, fratres viri solutos a vinculis, maiorem natu
Alexandrum regem constituens qui cognominatus est Ianneus aliam
et eciam modestia prestare videbatur. Et qui fratrem secundum interfecit quia
regno aspirare videbatur, tertium secum vivere coegit privatum. Duxit
uxorem nomine Alexandram que et psalma dei est. Hic adeo iniquissimus
fuit quod in tribus annis circiter l milia seniorum interfecit quod facinora
eius detestabantur. Cuius offensus extra ipso munivit sibi palacium
in turri que baris dicebatur, super quam postea admiratus est tyrannus
quod iudei eam deservierunt cum defendi posset a duobus ab omni vincere.
Adeo autem offensus erat iudeis ut semel percunctanti ei quo nam pacto
eos sedare posset, responderunt si moreretur. Ob hoc in plateis Iherusalem
suspendit decem milia viros uxoratos, uxores quoque eorum et liberos ante
oculos iugulavit. Cum gemisset a pluribus et continuis fatigaretur morbis ex
immodico potu et intempestivis laboribus milicie se reddidit et
regni sui anno mortuus est. Duos relinquens filios Hyr-
canum et Aristobolum. Sciens quod filios propter iudeis odiosos reg-
num reliquit uxori, que sibi sub viro benivolenciam populi sepe quesierat,
nati sunt alpheo iiii or cosobrini
domini iacobus symon et Iudas apli et ioseph qui et barsabas qui
iudi post cum mathia electus fuit. Et hii iiii or propter cognationis consanguinitatem
dicti sunt fratres domini quia non solum cognati eius putabantur sed agnati tamen
quod duobus fratribus ioseph et cleopha descendentes. Inter quos tamen qui
anthonomatice iacobus dictus est frater domini quia ipse similimus fuit ei in facie
mortuo cleopha anna nupsit viro tercio scilicet salome susceperat
quod ex eo filiam sicut et alias prius vocavit mariam et hanc dixit
zebedeus habuit quod ex ea filios iacobum maiorem et iohannem
licet posterius natus maior dictus est quia prius vocatus est a domino et
adhesit ei. Vel et romana sinat ecclesia ut singuli in ordinibus suis
sint prius ordinati. Ita dicit ihoi. Alii vero videntes mulieres
solis nominibus virorum ut maria cathonis. dixerunt prioribus
mortuus. has duas marias nupsisse cleophe et salome
pores viros fuisse binomios et dein zebedeum cleopham et
salomam. De sermone domini in monte
et elevatis oculis in discipulos docebat eos dicens. Beati pauperes
spiritu quoniam ipsorum est regnum celorum etc. Hunc sermonem matheus et
lucas varie narrat. Ob hoc quidam credunt dominum cum prius fecisse sermo
nem discipulis in supercilio montis sedendo. post in latere montis coram
discipulis et turbis stando. Alii vero credunt non nisi unum sermonem factum
et coram turbis et discipulis. Utrum autem horum verum sit non multum
interest nostra scire. Sermones quos a domino ad discipulos factos legimus in ma
theo. luca et iohanne tantum. De ordine dominica
Hunc sermoni dominus inseruit orationem dominicam que vii petiones habet. Prima
est captacio benivolencie quam sequuntur vii peticiones et dicitur
ad [illegible] deum patrem a quo petimus nobis dari panem nostrum id est filium
et ipse docuit ad nos ad petendum a patre in nomine suo. Tres prime
petiones spectant ad futura
vitam sic. Sanctificetur id est in nobis sit
nomen tuum in hac vita quod
mobile est nomen patris in filios. quia et iudas quidam fuit filius dei quamquam
non. Vel quia eciam possibilitate movendi dixit aplus. Ne et ego reprobus
inveniar. In patria apparebunt filii et immutabiliter est deus pater coram
Adveniat id est ad te videndum veniat regnum tuum ut sit regnum in
regno. Fiat voluntas tua sicut in celo et in terra. quia sicut celestis
curia nil potest velle nisi quod scit te velle. ita et illa que adhuc militat

Tradunt miliario a capharnaum est
descensus montis ubi factus est
sermo et leprosus curatus.

Iudam thadeum. lucas vocat iudam iaco
bi. qui tercio nomine dictus est lebeus. Hunc
dicit ecclesiastica historia missum a domino
ad abagarum regem edisse. Sed non quod
thomas misit eum postquam post assump
cionem. Rex ille infirmabatur. Et au
ditis miraculis a domino factis misit
litteras deprecatorias ut veniret et cura
ret eum. et omnia sibi et suis necessaria mi
straret. Et si primum esset eius regni. An
dita humilitate ipsius. rescripsit dominus quod
post resurrectionem visitaret eum. et
hoc factum est cum thomas misit thadeum
ibi ad predicandum et sanandum mira et concorde

Pauper mitis flens esuriens miseratus
mundus pacificus paciens adversa beatus

in terram addicitur voluntati tue. Quatuor que sequuntur ad miliciam vite
pertinent sic. Panem nostrum supersubstantialem da nobis hodie. i. Christum qui est super
substantialis. i. super omnes substantias. et est panis noster in altari. Vel sic dicit: da nobis
super substantiale. et est da nobis hodie. i. in presenti tempore. panem nostrum. i. Christum qui
est fidelium. et hoc super. i. pre pane substantiale. i. necessario ad sustentationem corporis. Item in hebreo
omne. quasi diceret. da nobis utrumque panem anime s. et corporis. Grecus habet epiusion. hebreo
cotidianum. quod de viatico tantum exponitur. Grecus habet epiusion. Ob hoc forte
vero sogolla. i. precipuum. vel egregium. vel peculiarem. Cotidianum. Grecus
lucas videns matheum dixisse peculiarem dixit cotidianum. egregium
vero interpres mathei quia vidit eum dixisse sogolla quod notat egregium in hebreo
dixit epiusion. Tres que sequuntur patent. Amen hebreum vere. sepe
ponitur. unde ex hiis tribus. amen. sela. salem. quasi sonant vere semper.

Quomodo apostoli missi sunt cum potestate curandi.

Cum consummasset ihesus verba hec convocatis discipulis suis dedit eis potestatem eiciendi
spiritus inmundos et curandi omnem infirmitatem. et misit eos predicare regnum
dei. et ait. Nichil tuleritis in via. neminem salutaveritis. s. sicut illi
qui non ex studio optinendi salutem consuerunt tantum salutare. In viam
gentium ne abieritis et in civitates samaritanorum ne intraveritis. Nolite
possidere aurum neque argentum. que
gratis accepistis gratis date. Non portabitis pecuniam. non virgam. neque
non duas tunicas. i. superfluas. non calciamenta. non virgam ferre
marcum soleis. vel sandaliis uti iussi sunt. i. pedibus. et virgam. Ecce ego mitto vos in medio luporum
et potestate accipiendi necessaria ponitur. Ecce mitto vos sicut oves
qui vos recipit me recipit. De curatione leprosi.

Prohibitum erat in lege leprosum tangere

Cum autem descendisset de monte tetigit leprosum. qui iam solvere
figuras et sanavit eum dicens
Volo. mundare. Et addidit. Vide ne
nemini dixeris. q. d. Vide quod manifeste et
plene mundatus es neminem dixeris. i. nemini
necesse habes dicere adeo res evidens est
sed ostende te sacerdoti ad cuius arbitrium
remotus mundus es. Ecce nondum docet
alios solvere legem. Sanatus tamen
ubique predicavit. De servo centurionis.

Fuit enim duplex causa cur iubet tacere: sub silencio tunc, et sub silencio transiit, donec in ablatione plurium quod ...
donec in abducione ... offert ... sacerdoti
...
pulmentar. i. solacia vite ... propter dilectionem
feret ei. Nec obest quod ...
...
lege ... nisi ...

Cum autem intrasset capharnaum rogavit eum centurio pro servo ...
seniores iudeorum ut sanaret puerum eius paraliticum. Et ait ihesus. Ego
veniam et curabo eum. Venit autem potentia sanandi non corpore. Et
ait centurio Non sum dignus ut intres sub tectum meum sed tantum dic
verbo et sanabitur puer meus. quia et ego solo verbo per ministros ...
... Forte ydola habebat in domo et immunda iudicis. Et sequen-
tibus se dixit ihesus. Non inveni tantam fidem in israel. subaudi huius
Nec includuntur in nomine israel sequentes eum. quia ad eos loquebatur. sabbato
in hoc gentili. Et sanatus est puer in illa hora. Et ingressus sabbato
synagogam docebat eos. Et ibi eiecit ab homine spiritum inmundum cla-
mantem. Quid nobis et tibi ihesu nazarene. Venisti perdere nos. Hec
. i. puto. quia scio te sanctum dei. Non enim ante passionem sciebat demones eum
esse dei filium. De socru petri.

Et cum venisset ihesus in domum petri quod forte habebat in ca-
pharnaum per uxorem ipse enim erat de bethsaida. Ad petitionem

et discipulorum sanauit socrum petri febricitantem. De filio vidue
Cum autem iret in ciuitatem que dicitur naym.
que est in galilea. suscitauit ad portam
filium vidue tangendo feretrum. et dicendo
tibi dico surge. Vespere facto obtulerunt

Secundo miliario a thabor
est mons naym. Iuxta
naym est mons hermon ad
cuius radices fluit cyson

ei energuminos et male habentes et sanauit omnes. Et voluit
ire trans fretum. Et dixit ei vnus scriba. Rabbi. Sequar te quocumque
ieris. Volebat sequi dominum ut disceret signa facere ad lucrum. et ideo
non audiuit a domino. Dominus autem dixit alteri. Sequere me. Qui respondit. Domine
permitte me primum sepelire patrem meum. Cui ihesus. Dimitte mortuos
in peccatis. scilicet sepelire mortuos suos. tu vade annuncia regnum dei.
Non prohibuisset ihesus eum a sepultura. si non essent alii qui sepelirent.
Et ait alter. Sequar te domine. sed primum permitte me renunciare
hiis que domi sunt. Cui ihesus. Nemo mittens manum ad aratrum et
respiciens retro aptus est regno dei. quod excitatus imperauit mari
Et ascendit in nauiculam cum discipulis suis et dormiuit in
puppi super ceruical. Et orta tempestate excitatus a discipulis
suis imperauit vento et mari dicens. Tace et obmutesce et cessauit
tempestas. Non per errorem hereticorum imperauit eis tamquam animantibus
qui occasione huiusmodi verborum. quod omnia leguntur obedire deo. dogmatizauerunt
omnia animata esse. sed dicuntur ei obedire inanimata. quia solo verbo
fiunt de hiis que vult. secundum quem loquendi modum solet dici languor
obediens vel inobediens medicine. de duobus obsessis a demone
Cum autem venisset trans fretum in regionem gerasenorum que est contra
galileam occurrerunt ei duo arrepticii seui. quorum vnus ad
dominum et dixit. Quid nobis et tibi ihesu fili dei. Venisti ante tempus
torquere nos. Nesciebant eum demones dei filium. sed suspicabantur
ex miraculis et testimonio patris. Torqueri autem se dicebat quia cogebantur
cessare a lesione. Dicebat ei illis ihesus. Exi spiritus immunde.
Rogabant autem in iudicio se torquendos in abyssum. Cumque dominus quereret
nomen suum dixisse se vocari legionem. non quod sic vocaretur. sed quia diceret
sinistra quibus nomen quod plures sumus. Rogabat autem eum ut mitteret
eos in gregem porcorum qui ibi pascebatur. Et irruentes porcos
precipitauerunt eos in mare. Indigene autem rogauerunt eum ut
transiret a finibus eorum. Cumque ascendit nauem in samaria hec erat regio
et noluit secum ducere. et rediit capharnaum quam matheus vocat
ciuitatem suam non origine sed gente quia qualibet ciuitas galilee
potest dici ciuitas galileorum. de paralitico demisso per tectum
Et sanauit paraliticum autem se demissum per tegulas. primo remittens
peccata eius que fuerant causa morbi. Quod quod ob causam sit cessante causa
cessare dicit. Et propter scribas et phariseos qui putabant eum blasphemasse
dixit paralitico ut surgeret et tolleret lectum suum et surrexit
et tulit et abiit. Quare ergo constituit ipse pro peccatis quando egrotat homo
medicus visitans egrum primo debet monere eum ad penitentiam et confessionem
necessario manente causa fit in vulnere frustra sit malagma apponere
Cum autem ascendisset in iudeam de puteo samaritane
et inde rediret in galileam oportebat eum transire per samariam

·i· per regionem cuius caput est samaria · Civitas ergo nomen antiquum amisit et dicebatur sebaste · Sed regio nomen illud retinuit · Venit autem in sichem · que corrupte sichar dicebatur · erat in predio iacob quod emit a rege emor quod et dedit filio suo ioseph · Et fatigatus ex itinere sedit super puteum iacob qui hactenus sic vocatus fuerat ex eventu quod sequitur: post agnominatus est puteus samaritane · Dicit quidam illum locum umbilicum terre habitabilis quia singulis annis quadam die estatis meridiana hora sol descendit in aquam putei nusquam faciens umbram · quod philosophi apud syenen fieri tradiderunt · Idem iudei putant in deuteronomio · Constituit eum super excelsam terram · Abierant autem discipuli in urbem ut cibos emerent · Venitque mulier hauriens aquam cui dominus potum petenti quasi notam ei dixit iudeum · contra samaritanis · cognoscens ex fimbriis pallii eum iudeum esse · Translatis ·x· tribubus rex assyriorum misit [illegible] et assyrios ad colendam sibi terram qui ob metum ferarum libros moysi receperunt et legitima eorum · non tamen cessabant ab idolatria · qui primo cuthei vocati sunt a fluvio persarum · Tunc autem samaritani dicebantur · quasi medii inter iudeos et gentes · Quidam vero vocaverunt eos iacobitas · i· supplantatores quia terram suam novissime quam contingebat eis supplantaverant · Hos cibis et vestibus non utuntur iudei · Cumque loquendo cum ea ihesus accepisset ab ea quod ·v· viros habuerat · et sextum erat concubina ait · Video quia propheta es tu declinans statim assumit detractionem questionis que erat inter eos et iudeos et adorare · Dicebant enim iudei proprium locum ~~[illegible]~~ adorandi esse in ierusalem propter templum · Samaritani vero montem garizim in quo antiqui patres adoraverunt · Ihesus autem dixit tempus venisse in quo nec in ierusalem nec in monte illo adorarent homines · quasi diceret · Non prefixus locus [illegible] · Ubique adorabitur deus tamen in spiritu et veritate · i· in dilectione que est spiritus et operibus que vere sunt · i· operibus · Cui mulier · Scio quia messias venit · i· in proximo est ut veniat · Forte et samaritani signa domini audierant · Messias hebraice · christus grece · unctus latine · [illegible] et quia messie dicitur unge · lingua enim punica et syra [illegible] sunt hebraice · Dicit ei ihesus · Ego sum qui loquor tecum · [illegible] mulier ydriam et abiit in civitatem monens cives egredi ad videndum hominem qui dixit ei omnia que fecit · et dicebat · Reliquit hanc [illegible] · Timuit asserere quod audierat et credebat ne viri indignarentur [illegible] here doceri · Civibus ergo egredientibus vocavit eos ihesus [illegible] messem patris · i· paratos ad credendum · cum tamen adhuc [illegible] est · Ihesus autem [illegible] messes ad messem · Unde creditur hyemis tempore hoc factum esse · et multi ad peticionem eorum intravit urbem · et mansit ibi duobus diebus et multi crediderunt in eum ·

Sychem modo neapolis · xiiii miliaria a sebaste distans · in eius suburbanis forte fecit idola [illegible] in bethel et [illegible]

De filio reguli ·

Venit autem iterum in chana galilee et erat ibi quidam regulus ·i· de potentioribus terre sub rege cuius filius infirmabatur non in chana sed in capharnaum et rogabat dominum ut descenderet et sanaret filium eius

Cui subarguitur a domino quia non credebat eum posse sanare nisi corporali pre-
sentia et tactu. Et ideo dixit ei similiter ille. Ait ei: Vade filius tuus vivit.
Et sic absens verbo sanatur. Descendens quoque pater cum cognovisset filium
sanatum in hora ubi dixerat, credidit ipse et domus eius tota. Creditur
iste iudeus fuisse quia dixit ei dominus: Nisi signa et prodigia videritis
non creditis. Iudei enim signa querunt.

De convivio levi.

Et fecit ei levi convivium in domo sua et discumbebat cum eo publi-
canorum qui fuerant socii levi. Quare cum arguerent pharisei quia cum
publicanis ederet ait: Non veni vocare iustos sed peccatores ad penitentiam. Excu-
savit quoque discipulos de eo quod non ieiunabant, tum quia rudes erant nec
difficilia sustinerent, tum quia cum eis corporaliter erat, quia cum auferretur ab
eis plenius ieiunarent. Ex hoc quidam dicunt quod ablato sponso in ascensione
ieiunaverunt discipuli usque ad missionem spiritus sancti. Et adhuc quidam
ieiunant ab ascensione usque ad penthecosten. Nec etiam tunc cele-
brant nuptias qui iam inchoantes tres ebdomadas ante festum iohannis.
Sed non est autenticum. Nec in actibus apostolorum legitur tunc de ieiunio con-
stitutum sed de ordine temporum. Querentibus autem phariseis signum de celo negavit
eis tamquam indignis quia deteriores erunt niniuitis et regina austri
qui nec legem dei nec prophetas habuerunt. Et non quod antiquioribus tradi-
tis legitur niniuite.

De filia archisynagogi et emoroissa.

Et ecce princeps synagoge iairus adoravit eum dicens: Filia mea
modo defuncta est, id est morti proxima.
Marcus et lucas dicunt: Veni pone
manum tuam super eam et vivet. Et dum
iret, mulier emoroissa ab annis xii.
retro veniens tetigit fimbriam ves-
timenti eius et sanata est. Ambrosius in
sermone dicit fuisse martham. Enu-
merans enim christi beneficia circa eius gesta
non post aliqua premissa subdit: Dum
languidum sanguinis fluxum siccavit in mar-

Legitur in hystoria ecclesiastica quod
in eodem loco in quo dominus sanavit
emoroissam facta est statua enea
huius fimbrias ipsius sculptas
sicut dominus legitur habuisse ad simi-
litudinem videntium et herba quedam
crescente sub ymagine que cum
sui summitate attigit fimbri-
as statue omnes curat languores
et manet usque in hodiernum diem.

tha, dum demones compellit de maria, dum corpus redivivum spiritus calore
constringit in lazaro. Veniens autem in domum principis iairi dixit turbis: Recedite,
permittens iacobum et iohannem fratrem eius qui erant secretarii eius et patrem
et matrem puelle. Et eiectis irridentibus eum quia dicebat: Puella
dormit. Tenens manum puelle ait: Thabita cumi, quod sonat puel-
la tibi dico surge. Tamen tibi dico non est de substantia. Et iussit illi
dari ad manducandum. Hoc ei etiam est experimentum vere resurrectionis.
Magi enim mortuos suscitant quibusdam caracteribus alligatis sub brachio
ascella et loqui eos et incedere faciunt sed comedere nequeunt.

De duobus cecis sanatis et muto.

Et transeunte ihesu inde secuti sunt eum duo ceci
clamantes: Fili david miserere mei. Cumque venisset domum, id est ad do-
mum suam in nazareth, tetigit oculos eorum et aperti sunt. Cumque dixisset
eis: Videte ne quis sciat, tamen diffamaverunt eum in tota terra illa. Egressis
illis optulerunt ei mutum demonium habentem et eiecto demone lo-
cutus est mutus. In greco tamen melius sonat surdus quam mutus.

De beelzebub.

Sed cum laudaret eum turba pharisei dicebant: In beelze-
bub principe demoniorum eicit demones. A belo primo nomine idoli
omnes gentes secundum ydiomata lingue sue cognominaverunt ydola sua

babilonii dixere bel. moabite beel. palestini baal. Cum quis aliquid supra [illegible] addebat ut beelphegor. i. deus tentigenis qui est priapus. [illegible] Beel q est deus sydoniorum. et sonat vir meus. i. robur meum et caput. [illegible] sibi ydoli zebub cum multis ydolis non erat. Sed iudei irrisorie [illegible] sic vocabant accaronitarum et sonat vir muscarum ob sordes immolationum sanguinis que sequuntur muscae. Nec est finalis littera b. vel l. vel z. vel e. sed b. tantum. Quibus ihesus ait. Filii vestri in quo eiciunt. Non idem [illegible] dicetur. Hi in filiis vestris hanc expulsionem deo dante cum non [illegible] fecerunt. Erant enim ex iudeis exorciste. qui per exorcismos salomonis demones eiciebant. maxime si radix cuiusdam herbe poneretur in naribus obsessi. Ait enim iosephus se vidisse exorcistam captivum et adductum ad vespasianum cum obsideret ierusalem. qui annulum sub cuius gemma radix erat posuit in naribus cuiusdam obsessi et adiuravit demonem et egressus est demon. Ut autem probaret eiectum demonem posuit pelvim aqua plenam in medio et adiuravit demonem ut discedens subverteret pelvim. et subvertit eam. Quod autem in annulis quidam includunt esse spiritus immundos per quos incantant aliis demonibus non credunt [illegible] inveniunt.

Cyprianus magus [illegible] in pixide [illegible] [illegible] ut adduceret [illegible] et illa [illegible] quam diligebat et illa [illegible] [illegible] expulit [illegible] fuit. Cum hoc audisset [illegible] fecit et martir effectus est.

De magdalena.

Hic dicunt quidam dominum vocatum in nazareth a quodam pharisaeo in domum suam. et ibi magdalene dimissa esse peccata sua et secuta est eum. Plures dicunt in bethania factum sed nec loci nec temporis certitudo est ex ewangelio certificatum est.

Magdalum oppidum [illegible] a tyberiade [illegible]

De ministerio marthe

Factum est autem dum descenderet in iudeam intravit in quoddam castellum et martha excepit illum in domum suam et ministrabat ei. Soror autem [illegible] proxime illius audiens verbum [illegible] et a domino [illegible] marthe. non [illegible] maioris meriti. sed quia non auferetur.

De missione iohannis

Iohannes autem cum audisset in vinculis opera christi misit ad eum duos de discipulis suis dicens. Tu es qui venturus es an alium expectamus. Non dubitabat iohannes qui dixerat. Ecce agnus dei. ecce qui tollit peccata mundi. Sed cum adhuc discipuli eius dubitarent misit eos ad ihesum. quasi diceret. Ite ad eum et ab ipso querite utrum ipse sit [illegible] ad hunc venturus sit. Tamen gregorius super ezechielem [illegible] [illegible] dicit [illegible] nescirebat utrum per se vel per alium spoliaret infernum. quasi diceret. [illegible] descendam ad infernum. [illegible] te mittam [illegible] te mittam. Ihesus autem amovit dubitationem eorum ostendens [illegible] signa adventus sui. Illis autem abeuntibus cepit [illegible] [illegible] dicens. Inter natos mulierum non surrexit maior iohanne. sed et factus baptista. Et est hic mulier non solum nomine [illegible] Verum autem superior eo post aliquis fuit vel futurus sit in [illegible] est. Propter ob hanc laudem creditum est ab hereticis qui dixerunt iohannem angelum [illegible] humanatum. quia dominus etiam predixerat de eo [illegible] Ecce [illegible] mitto angelum meum etc. Addidit quod omnes prophete lex et [illegible] usque ad iohannem prophetaverunt. Ubi intelligendum est ex magna parte. quia post [illegible] prophetavit agabus et iiii. filie philippi. Tunc forte quia in [illegible]

cor[um] iniciet[ur] anti[christ]o pic. Tu[n]c exprobrauit ciuitatib[us] galilee i[n] quib[us]
plurimas v[ir]tutes fecit et p[re]posuit illis tyru[m] et sydone[m]. Redeu[n]tes
aut[em] q[ui]dam ap[osto]lo[rum] ad eu[m] nu[n]ciabat ei q[uod] docuerit et fecerit. Et
dixit eos i[n] desertu[m] locu[m] ut q[ui]escere[n]t pusillu[m]. Nec ei edendi sp[aci]a
habebant cu[m] turbis. De septuaginta duob[us] discipulis

Post hec designauit et alios. lxxii. discipulos et mittebat
eos binos an[te] facie[m] sua[m]. Reu[er]si s[un]t aut[em] et lxx cu[m] gaudio dice[n]
tes. D[omi]ne etia[m] demonia subiciu[n]tur nobis. Exultauit g[audi]o ihesus
et dixit. Co[n]fiteor tibi d[omi]ne p[ate]r celi et terre q[uia] abscondisti hec a
sapie[n]tib[us] et prude[n]tib[us] et reuelasti
eis p[ar]uulis. Et ne[m]o nouit p[at]rem nisi
filius. neq[ue] filiu[m] nisi p[ate]r. Erubescat
sinon[ius] di[c]e[n]s se plena[m] h[abe]re noti[tiam]
de p[at]re et filio no[n] excludit. ut
ip[s]a co[n]nexio. Ob hoc ei arri[us] s[um]p[si]t
creatu[m] e[ss]e putauit. no[n] equale illis
q[ui]a no[n] sciebat q[ui]cq[ui]d illi sciebat.

In coronis eccl[esi]a[rum] s[un]t maio[res] xii. maiores tres qui xii
discipuli .i. ap[osto]li. et xii mi
nores q[ui] xii. [con]c[e]p[tu]s et lxxii
candelabra p[er] lxxii discipulis
designandis et angeli quasi
custodes ecclesie.

De solucione sabbi et granor[um] confricatione.

Factu[m] e[st] i[n] sabb[at]o 2[o] p[ri]mo cu[m] ih[es]us et discipuli ei[us] tra[n]siret p[er] sa
ta. grana confricantes manib[us] edebat discipuli. Hoc expo[ne]
re. In sabb[at]o 2[o] cu[m] p[ri]mo ih[esu]s ~~tra[n]siret~~ tra[n]siret p[er] sata 2[o] vel i[n] sabb[at]o 2[o]
a p[ri]mo de q[uo] p[re]cessit p[ri]mo. Vel e[st] vna dictio qua[m] dixit lucas deutero
p[ro]theron. no[n] s[e]c[un]do p[ri]mu[m]. Hoc aut[em] sabb[atu]m q[uo]d discipuli no[n] s[er]uabat
sic vocauit ut significaret spi[ritu]ale sabbatu[m] ia[m] i[n]choari et le
galia cessatura. Est ei sabb[atu]m spi[rit]uale s[e]c[un]do p[ri]mu[m] .i. s[e]c[un]d[u]m p[ri]mi[tiuum] i[n]iciu[m]
legali. q[ui] fr[a]te[m] de s[e]c[un]do primu[m]. Q[uo]d ei p[ri]mus fuit t[em]p[o]re. fr[atre]m est
in mun[d]e gr[ati]e. q[ui] capit v[er]su[m] e[st] in cauda. Vn[de] et si q[ui]s xp[istu]m ue
lit appellare s[e]c[un]do p[ri]mu[m] no[n] errabit. Vel s[un]t due dictiones et dic[itu]r
s[e]c[un]d[u]m et p[ri]mu[m] t[em]p[o]re q[ui]a et an[te] legem s[an]c[t]i p[at]res sp[irit]ualit[er] baptizauer[un]t
et post legali sabb[at]o medio [com]posito. Cu[m] aut[em] dicere[n]t pharisei
q[ui]d facitis q[uo]d no[n] licet sabb[at]is. excusauit eos d[omi]n[u]s multis
modis. n[on] q[ui]a necessitas excusauit eos. sicut excusauit dauid
et pueros ei[us] q[ui] [com]edit panes p[ro]positionis. Nec peccat sacerdotes
i[n]cidentes i[n] sabb[at]o et s[a]c[r]ificantes i[n] sabb[at]o t[u]m q[ui]a p[ro]prie auctore
d[omi]no sabb[at]i faciebat hoc. q[ui]a etia[m] no[n] peccauit iosue du[m] c[ir]cuiuit ie
richo. vii. dieb[us]. nec hodie esset si soluit ieiuniu[m] venb[us] e[st]. Dix
erit aut[em] pharisei hoc no[n] licere sabb[at]is q[ui]a alio die s[e]c[undu]m lege[m] li
cebat ede[re] grana segetis p[ro]ximor[um]. s[ed] no[n] metere falce. No[n] p[ri]mo
ap[osto]los soluisse sabb[atu]m quos t[ame]n recipiunt hebionite cu[m] r[es]pudient
paulu[m] q[ui] legis [con]sig[nati]o[n]es tra[n]sgressore[m]. De manco.

Factu[m] e[st] aut[em] et in alio sabb[at]o i[n]trauit ih[esu]s synagoga[m]. et erat ibi ho
mo manu[m] arida[m] h[abe]ns et obs[er]uabat eu[m] pharisei si sabb[at]o curaret
Cu[m]q[ue] q[ue]sisset ab eis si licet sabb[at]o curare nec respondissent cura[uit]
langu[en]de[m]. co[n]fundans sup[er]sticiosos qui sabb[at]is pecus lapsu[m] a fouea
extrahe[re]nt. Ip[s]i aut[em] colloq[ue]bantur q[ui]d na[m] facerent de ih[es]u. Ip[s]e aut[em] ihesus
secessit inde et secuti s[un]t eu[m] multi et curauit eos. De q[ua]tuor pa
rabolis ad c[on]iuiuas i[n] nup[tiis].

Factu[m] e[st] aut[em] i[n] diebus illis exiuit i[n] mo[n]te[m]
orare. et erat p[er]noctans i[n] orat[i]o[n]ib[us]. Et cu[m] dies fact[us] esset vocauit

discipulos suos forte adhuc dormientes et sedebat secus mare.
Cumque congregarentur turbe ascendens naviculam docebat de ea tur-
bas stantes in litore in parabolis loquens eis. Posuitque parabolam
eis seminantis in terram triplicem mala nec ferentem fructum et unam
bonam facientem triplicem fructum. Secundam posuit parabolam seminantis semen
bonum cui inimicus homo superseminavit zizania. In quo illud quod dicit sini-
te utraque crescere usque ad messem videtur contrarium paulo qui ait
Auferte malum de medio vestri. Sed hic intelligitur antequam veniat ad spicam
et solum gradus est similitudo et vix potest distingui. Hoc quidem dictum est de oc-
cultis. illud pauli de manifestis. Tertiam posuit parabolam de grano
synapis. Quartam posuit de fermento quod mulier abscondit in fari-
ne satis tribus. Satum genus est mensure in palestina modium et dimi-
dium capiens. Seorsum autem discipulis disserebat omnia. Tunc dimissis
turbis venit in domum et accesserunt ei discipuli. Edissere nobis parabolam
zizaniorum. Primam ei exposuerat eis in navi. De tribus parabolis ad discipulos locutus

Cumque exposuisset quod quesierunt in parabolis locutusque est eis seorsum
et posuit eis parabolam de thesauro abscondito in agro quem homo
emendo inventor vendit omnia que habet. Aliam quoque posuit de inventa et empta pretiosa
margarita. Tertiam quoque de sagena missa in mare. In qua de igne gehen-
ne erit fletus et stridor dentium. In quo innuitur resurrectio corporum et creditur a [illegible]
futura. Hoc autem nota gehenna ebraice [illegible] est in valle [illegible]
tinctum ob ignem inextinguibilem qui erat ydolis sacratus in valle ennon [illegible]
que dicebatur topher. Vel etiam gehennon quia ibi filiorum ennon [illegible]
sic vocari. Per quod ydolatre faciebant parvulos suos. Sicut nos sanctificamus
eos per aquam baptismi. Ignis quoque dicebatur topher [illegible] spongiose
vel forte quia quodam artificio de visceribus terre per lapides spongiosos
quos tophos dicimus ignis erumpebant. De saltu domini.

Et veniens in patriam suam docebat in synagogis eorum ita ut mirarentur
et dicerent. Unde huic sapientia hec? Nonne hic est fabri filius? Quod non est intelli-
gendum secundum elvidium qui virginem peperisse duos fratres de ioseph dogmatizavit
ne maria mater eius et fratres et sorores apud nos sunt.
vel ioseph de alia uxore liberos suscepisse. Sed consobrini eius fratres di-
cti sunt. sicut abraham dixit ad loth. fratres enim sumus. Marcus autem ait
ab eis dictum fabrum. Credebatur enim fabrum quia ioseph fabri filius. Et
paucos ibi curavit propter incredulitatem eorum dicens. Nemo propheta acceptus [illegible]
tus est in patria sua. Et repleti sunt omnes ira et eiecerunt eum. Ille autem
et duxerunt eum ad supercilium montis ut precipitarent eum. Ille autem
transiens per medium illorum ibat. Adhuc ostenditur locus miliario a
nazareth contra meridiem qui dicitur saltus domini. Per quem dominus descendens
impressit se rupi et cedens ei rupes fecit ei locum quasi latibulum
qua adhuc vestigia rugarum vestimentorum eius impressa olim monstrabantur. De decollatione iohannis

In illo tempore herodes tetrarcha. diem natalis sui celebravit coram principibus suis et primis galilee [illegible]
puelle saltanti datum est caput iohannis in disco. Est autem discus
vas rotundum desuper valde concavum. Unde et dapifer discophorus. Discus
autem mensa superior dicitur. aliquando mappa quam mensale vel discum
dicitur. Unde et in alia dicitur apparuisse petro in disco quod in libro
actuum apostolorum linteum vocatur. Credibile est quod herodes eius [illegible]

gehenna
Cophet
Saltus dni
Dikophorus
Discus

S. Hist. parabol' ad discipulos [illegible] | De saltu dni | De decollatione [illegible]

de nece iohis sub tali occasione facienda prius secreto terminavit. Disci-
puli vero iohis tulerunt corpus eius de carcere et sepelierunt illud. Ex
tradicione eusebij et xi libro historie ecclesiastice traditur iohem in castel-
lo arabie trans iordanem quod macherontam vocant vinctum et truncatum. Corpus
vero in sebaste urbe palestine inter helyseum et abdyam sepultum. Caput
autem in ierusalem humatum est iuxta herodis habitaculum. Ossa eius tempore iulia-
ni apostate gentiles sparserunt invidentes miraculis que fiebant ad eius
monumentum. Que iterum sunt collecta ab eisdem cremata sunt et pulvis
ventilatus. Quod quidam secundum martirium in iam mortuo quidam posuerunt. Nescien-
tes dicunt in nativitate eius ossa collecta undecumque cremata. Dum autem col-
ligerentur ossa quidam monachi a ierosolimis commixti latenter colligentibus
magnam eorum partem tulerunt. Inter que etiam digitus quo dominum demonstr-
asse perhibetur quem post beata tecla inter alpes attulit et de-
posuit in ecclesia mauriane. Tulerunt ergo ossa ad philippum ierosolimitanum
episcopum nomine. qui misit ea per iulianum dyaconum athanasio alexan-
drino episcopo. Que post theophilus eiusdem urbis episcopus posuit in tem-
plo serapis a sordibus purgato. basilicamque in honore iohis consecravit
principe theodosio iubente phana gentium destructa sunt. Tempore vero marciani
principis duobus monachis orientalibus qui ob orationem venerant ierosolimam
iohes revelavit caput suum. Sed non multo post in curia [illegible]
planti e ab aliis in edissam civitatem phenicie et in quodam specu in urna
sub terra non pro tempore ignobiliter reconditum. donec demum idem iohes
caput suum ostendit marcello religioso abbati et presbitero dum in eodem
specu habitaret. Quod cum ille iuliano eiusdem urbis episcopo indicasset
elevatum est. Ex quo tempore cepit in eadem urbe decollacio iohis celebrari
ipso die ut arbitramur quo caput inventum sive elevatum est. Quod post
constantinopolim translatum. et inde ad gallias. Alii tradunt non esse festum
decollacionis. sed de collacione ossium facta et combusta. Iosephus alia
tradit causam necis baptiste dicens eum predicasse hominibus iusticiam. et
obtentu baptismi multos congregasse in unum. timens ergo herodes dis-
pendium populi sui sequentis iohem occidit eum. Et refert iosephus
iudeos tradidisse herodem ob hoc miserabiliter in prelio victum ab exercitu
arethe regis. De quinque panibus et duobus piscibus

Hedivit autem herodes famam ihu et ait. Iohem ego decollavi. Quis
est autem iste de quo audio talia? Et querebat videre eum. Quod audiens
ihesus ascendens ibi in naviculam secessit in locum desertum seorsum
et secute sunt eum turbe pedestres de civitatibus et currunt eos.
Erat autem dies proximus festus iudeorum qui dicitur pascha. Vespere autem facto
discipuli dixerunt ei. Dimitte turbas ut euntes in castella emant sibi escas.
Et ait illis ihesus. Date illis manducare et facite eos discumbere super vi-
ride fenum per contubernia .i. per diversas societates hominum que de villis ve-
nerant. Et acceptis quinque panibus ordeaceis et duobus piscibus a pu-
ero quodam quem unus de discipulis credit fuisse per apostolos dedit eis
qui erant .v. milibus virorum exceptis mulieribus et parvulis. Et de frag-
mentis impleti sunt cophini .xii. Et statim coegit discipulos ascendere
naviculam et precedere eum transfretum secundum marcum a bethsaida donec
dimitteret turbas. Ihesus autem cum cognovisset quia homines illi volebant
eum rapere et facere regem. quia sub tali rege videbatur eis non posse egere

Hec in mons in quo simone se[...] erat a quo per miliare distan[...] locus refectionis turbe quam hodie dicitur mensa· super quam est locus ille in quo post resurrectionem comedit cum discipulis. [...] vero per illa mare super quod dominus ambulavit quia alia vice expositi sedeunt·

De vigiliis noctis

fugit et ascendit in montem solus orare. Quod vero lucas hec facta esse in locis bethsaide intelligendum est non quod essent in finibus eius sed in finibus tyberiadis ut dicit iohannes sed quod ad eam pertinebat. Quod autem iohannes dicit eos transfretasse ad capharnaum intelligendum per bethsaida misisse ad capharnaum. Navicula vero in qua erat discipuli *Quod dominus ambulavit super mare* iactabatur fluctibus. Videns autem ihesus eos laborantes quarta vigilia noctis venit ad eos ambulans super mare. Quattuor vigilias faciebant excubantes in castris. Prima dicitur conticinium in qua omnes simul vigilant. Secunda intempestum in qua adolescentes. Tercia in qua gallicinium in qua iuvenes. Quarta antelucanum in qua senes. Has dominus ascendens [...] bus vocavit. Hora autem media nocte. [...] gallicantum [...] mane. Ergo simul putaverunt eum discipuli fantasma esse et clamassent ait. Ego sum nolite timere. Non dixit quis esset. quia ex nota voce potuit eum cognoscere ut intelligerent ipsum esse qui dixit moysi. Qui est misit me ad vos. Post petrus ivit ad eum super aquas. quem dominus mergentem sustinuit dominus. Qui cum ascendisset in naviculam cessavit ventus et statim fuit navis ad terram ad quam ibant. *De verbis domini pro quibus quidam retro abierunt.*

Altera die turbe quas paverat ihesus transierunt naves suscipientes a tyberiade et venerunt capharnaum eo quod sola navis ibi fuit. Et invenientes ihesum mirabantur quomodo illuc venisset eo quod non intraverat navem. Et dixit eis ihesus. Amen dico vobis queritis me quia manducastis ex panibus. [...] eis fecit in navicula quam non intrat. Cumque commendaret cibum qui eis [...] manna. Panem [...] prefigurabat manna dicentes. Patres nostri manducaverunt manna. Panem qui de celo dedit eis dominus. Tunc dixit eis ihesus Ego sum panis vivus qui de celo descendi. Murmurabant autem iudei dicentes. Nonne hic est filius ioseph cuius novimus patrem et matrem. Et ait ihesus. Panis quem ego dabo caro mea est pro mundi vita. Litigabant ergo iudei. Tunc ad invicem dicentes. Quomodo potest hic dare carnem suam ad manducandum. Tunc dixit ihesus. Nisi manducaveritis carnem meam et biberitis sanguinem meum non habebitis vitam in vobis. Hec autem multi ex discipulis eius audientes dixerunt. Durus est hic sermo. quis potest eum audire. Et abierunt retro et iam cum illo non ambulabant. *De tradicionibus seniorum.*

Rogavit autem eum quidam phariseus ut pranderet apud ipsum. Cumque vidisset ihesum non baptizatus. i. non lotus manibus prandere mirabatur intra se. Quibus dominus ait. Vos pharisei quod deforis est calicis et catini mundatis et non quod intus est. [...] Date nobis animas. Stulti nonne deus utrumque fecit. Hoc est cor [...] qui animas tantum creatas a deo ~~[...]~~ dicunt. carnem vero a diabolo. Quod superest date elemosinam et ecce omnia munda erunt vobis. Quidam vero scribe et pharisei venientes ab iherosolimis videntes discipulos eius communibus manibus. i. non lotis manducare manibus dicebant. Quare discipuli tui transgrediuntur tradiciones seniorum. Et respondit ihesus. Quare vos transgredimini mandatum dei propter tradicionem vestram. Nam deus dixit honora patrem tuum et matrem tuam. Quod non tantum per reverencia debitum est verum eciam pro necessitate obsequia exhibenda. Hii pharisei instruebant sub nomine pietatis filios melius facere si deo vero potius voverent quam parentibus offerendum quod est. Corban quod est donum. Quod vovi [...] constringentes eos quid est hoc nomine parentibus i. indicet. Quod potest. Corban quod est [...] ex me tibi proderit. Corban nummus est votivum. quasi diceret. Quod vovi [...] prodesse. Absit. Et convocatis turbis ait illis. Non quod intrat in os coinquinat

Corban

hominem intellige apud deum. sed quod procedit ex ore. hominem intellige de ore car-
nis sed de ore cordis. nam et vomitus coinquinat hominem. unde et quidam lib.
sed quod procedit ex corde. Quae [illegible] polluciones et hiis que furtiva sunt
[illegible] quod scandalo vitando. Cibus enim in se mundus est. Et dixerunt ei disci-
puli eius quia pharisei hoc verbo audito scandalizati sunt. Scandalon vel
scandalon offendiculum pedis vel ruinam impactionem dicimus. Et respondit. Si-
nite illos ceci sunt duces cecorum. Non enim a ventre et scandalo procedunt et
Cumque intrasset domum. ait petrus: quod cibus non coinquinat in ventrem natus.
Edissere nobis parabolam hanc. et respondit. Non intelligitis quod omne quod in
os intrat vadit in ventrem et in secessum emittitur. Nichil enim de cibis in
ventrem nisi quod insurgens transit. sed cibis aditum in se crescit tamen et manet
Dicitur hiera domum [illegible] fuisse et physicam ignorasse quia plures
cibi partibus et venas et medullas et nervos fundit. quod plurimum
Et eos qui non vomitum habent superflo cibo et cum corporibus sunt. Sed
[illegible] humorum purgacio secessio dici potest. Et subiunxit. De corde autem
exeunt furta et cetera. Plato principale anime esse putavit esse in cerebro, id est, in mente
[illegible] in felle desiderium in iecore. Sed nos ipsum principale anime est in corde.
[illegible] quod coinquinat ponit communicat in hebreum ydioma. quod communi
dicebant. quia cibos communes iudicabant prohibitos in lege quos inmundos
vocabant quia alie gentes communiter illis vescebantur. De muliere chananea
Egressus ihesus inde abiit in fines tyri et sidonis et rogabat eum mu-
lier gentilis chananea syrophenissa gente pro filia sua que male
a demonio vexabatur. Chananei iudeam incoluerunt. sed post dispersi sunt
et hac dispersione erat mulier ista. ex syris et phenicibus orta. Quidam
dicunt syrophenissa quia sic phenissa erat quod tyria sicut et dido fuit
hoc nomine indicantes regionem mulieris et patriam. Ihesus autem non respondit
ei verbum ne sibi videretur
[illegible] quod dixerat. In viam gentium
ne abieritis. Postquam cum ipse
dixit discipulis. Respondit. Non sum
missus nisi ad oves que perierunt
domus israel. At illa venit et adoravit et ait. Domine adiuva me. Cum domi-
nus [illegible] Non est bonum sumere panem filiorum et dare canibus. Hebreorum more canes
gentiles dixit. quia edebant sanguinem ut canes. Et est sensus. Doctrinam vestram
et curationem israel promissorum. et non dum gentes. Cum illa. Etiam domine. Nam et catel-
li edunt de micis que cadunt de mensa dominorum suorum. quasi diceret. Verum est quod dicis
sed [illegible] quod fit canibus. Aliquid modicum panis tui impartire mihi. Et ihesus
commendans fidem mulieris ait. Fiat tibi sicut vis. Et sanata est filia eius.

Exiens iterum de finibus tyri venit ad mare De surdo et ceco.
galilee inter medios fines decapoleos et pervenit ad illum locum maris
qui est in regione contra posita erat decapolis, id est, x. urbium regio. contra pellam et
gadaram contra galileam. Et adducunt ei surdum et mutum. et posuit digitos
in auriculas eius et sputo tetigit linguam eius et ait. Effeta quod est adape-
rire. Et ad eius imperium aperte sunt aures et soluta est lingua eius. De probatica piscina.

Post hoc erat dies festus iudeorum. non determinat quis intelligi
festum novorum, id est, penthecostes quia precedens est de pascha quo decollatus est
iohannes. Sequitur vero de cenophegia et post de encenniis. Ascendit autem
ihesus ad diem festum. Erat autem ierosolimis probatica piscina. Et cognominatur
hebraice bethsaida quinque porticus habens in quibus iacebat multitudo languen-

cum sine languidorum expectantium aque motum. Angelus enim descendebat in piscinam
quandoque et movebatur aqua et qui primus post aque motum descendebat in
eam sanus fiebat a quacumque infirmitate detinebatur. Probaton grece ovis [illegible]
latine. Hic ergo dicta erat quia in ea nathinei hostias lavabant. Dicebant
autem collectam aquam piscinam etiam non habeat pisces. piscina dicitur [illegible] a motu [illegible]
tione tertium est quod sequitur. Quod autem tertium esset quod movebatur [illegible] homines
pedibus quibus languidi [illegible] erant ibi. qui ad etiam [illegible] vidit ipsi
si fuisset piscina. Traditur a quibusdam quod regina saba vidit [illegible] et [illegible]
mo salomonis. quod nescio dicebat lignum domus crucis. et [illegible]
lomonem cum iam recessisset quod in eo moreretur quidam [illegible] defodit in terra
iudei et perderit locum et gentem. Quod timens salomon [illegible]
ubi post facta est piscina. Appropinquante autem tempore christi [illegible]
[illegible] significans christum. et exinde cepit motio [illegible]
tertium. Cum autem ibi sanasset ihesus hominem [illegible]
infirmitate sua precepit ut tolleret grabatum suum et [illegible]
batum electus pauperum. ubi [illegible] capiti [illegible]
quod est caput. Erat autem sabbatum. Dicebant ergo iudei [illegible]
grabatum. Qui respondit. Qui me sanavit dixit mihi [illegible]
illud. Cumque quesisset quis esset ille: respondit. Nescio. Post [illegible]
in templo et dixit illi. Sanus factus es. iam noli peccare ne deterius tibi
contingat. Tunc homo nunciavit iudeis quod ihesus esset [illegible]

Cum ergo arguerent eum quod in sabbato iudeos quod christus filius dei [illegible]
operabatur ait illis. Pater meus usque modo operatur et ego operor [illegible]
Non sex tantum diebus ut putatis operatus est pater. sed sic operatur [illegible]
renovando ut permaneant condita cum quo ego operor. ergo [illegible]
ago. Constat ergo esse sacramentum quod de sabbato requie legitur [illegible]
gis querebant interficere eum quod patrem suum dicebat deum. [illegible]
Pater diligit filium. filius quos vult vivificat. Nec pater iudicat [illegible]
sed omne iudicium dedit filio. quod et solus filius venit in carne [illegible]
eciet mundum. id est arguet. Et post in iudicio sola persona filii [illegible]
iudicantis. Et si quia preferunt sua. preferet ea. [illegible]
id est antichristus veniet non in nomine patris sed suo. et eum recipient. [illegible]

Et relictis illis iterum abiit secus mare. [illegible] milibus de panibus [illegible]
galilee in desertum. Cum turba multa ibi esset aut discipulus [illegible]
[illegible] super turbam quia iam triduo sustinent me nec habent quod manducent [illegible]
Cumque accepisset a discipulis vii panes et pisciculos [illegible]
cepit ut distribuerent super terram. Forte in alia refectione [illegible] non erat [illegible]
adhuc erat herba super terram. Nunc autem per fervorem [illegible]
[illegible] quia post penthecosten erat ut [illegible]. [illegible]
milibus virorum absque mulieribus et parvulis de fragmentis [illegible]
[illegible] vii sportas. Est autem sporta vas de iunctis et foliis [illegible]

Statim ascendens navem cum discipulis De quodam ceco [illegible]
pulis venit in partes magedan. Eundem locum vocat marcus [illegible]
[illegible] quod binomius erat. Et obliti sunt discipuli tollere panes et [illegible]
[illegible] eos. Cavete a fermento phariseorum et saduceorum. [illegible]
Cumque putarent se tacite notatos de panum oblivione. [illegible]

Gravatum

Sporta

eos de modicitate fidei quia eo panes timebant posse egere. Secundum Marcum illuminavit ibi cecum. Sed de filiis sufficiat nobis aliqua ponere, alia omissimus quia extracanonica sunt illis. De Petri confessione eum esse filium dei vivi.

Venit autem Iesus in partes Cesaree Philippi. Philippus tetrarcha in termino Iudee septentrionali constituit civitatem quam vocabat Cesaream Philippi in memoriam Tyberii et sui nominis et est in regno Traconitidis ubi ad radicem Libani oriuntur duo fontes Ior et Dan qui in unum sociati sub montibus Gelboe sub urbe Cedar ... medie ... balnea Iordanem faciunt. Sed et nomen eius ex suis nominibus componitur. Unde Iosephus dicit quod civitas illa olim dicta est Dan ubi vitulum aureum posuit Ieroboam a qua rivus profluens dictus est Iordanis qui ex nomine fontis et civitatis cognominatus ... civitas eadem nunc Paneas dicitur. Et interrogabat Iesus discipulos suos dicens. Quem dicunt homines esse filium hominis. Esse filium hominis soli Christo convenit. Adam est filius terre. Alii filii hominum. Solus Christus unius hominis. At illi dixerunt. Alii Iohannem Baptistam. Alii Heliam. Alii vero unum ex prophetis, id est Helizeum. Quia Christus baptizabat putabant surrexisse Iohannem Baptistam. Vel prophetarum aliquem ... qui transeuntes Iordanem baptismum ... fuerunt, id est Helie vel Helizei. ... vero ideo quod ... in utero legitur. Cum ... ab illis suam ipsorum sententiam, dixit Petrus pro omnibus. Tu es Christus filius dei vivi, id est tu es homo ... qui unctus es pre participibus tuis et es filius dei vivi. Hebrei consueverunt deum vocare vivum in suggillationem ydolorum que non vivunt. Et ait Iesus. Beatus es Symon bariona, id est bariohanna, id est filius Iohannis. Dicitur et quidam vicio scriptorum corrupte positum iona pro iohanna. Et addidit. Tu es Petrus et super hanc petram. Secundum Latinos et Grecos dicitur petrus. Hebrei et Syri cepham, idem est quod in Greco. Tu es cephas et super hanc petram a qua diceris petrus edificabo ecclesiam meam. Vel super hanc petram a qua diceris, quam confessus es, quia sola fundamentum est. Et tibi dabo claves regni celorum. Et forte tunc ei soli dedit. Vel post resurrectionem cum aliis. Tunc precepit Iesus discipulis suis ne cui dicerent quia ipse esset Christus. Ubi intelligendum est tunc donec eo sustinerent quod audierunt in aure predicarent super tecta. Tunc cepit eis ostendere quia oportebat eum ire Ierosolimam et multa pati et occidi et tertia die resurgere. Quo seorsum assumpto dixit ei Petrus. Absit a te domine. Non erit tibi hoc. Increpans autem ... tibi domine. Cui dixit. Vade post me sathana. Non sapis ea que dei sunt, id est sequere sententiam meam, non adversaris. In sathanas enim adversarium sonat. Fuerunt qui dicerent Petrum non esse

Augustinus super monte ... dominum interrogasse discipulos cum esset solus orans. Marcus autem dicit in via. Sed ... movet quod ... in via orans forte bis quesivit.

Iosephus dicit Phialam ... et ... rotunditate modicum lacum esse qui ... Phiala dicitur semper plenus et numquam exuberans. Ubi oritur Iordanis et paulo post ... ad radicem Lybani ... ebullit. Quod primus Philippus tetrarcha deprehendit. Missis in Phialam paleis eas apud Panium redditas invenit. Hic vocat Iosephus fontem ... Dicit etiam ... ex quodam lacu nasci rivum quem vocat maiorem Iordanem et ex duobus rivis ad locum qui dicitur aureum ... templum ... confluentibus confieri Iordanem.

correpcio · s satthana hoc ei suggereret · s. ob eius huius errorem quem credidit sa
thane · Et dicunt quod dominus est ei . benignus . promissionem esse factam · s · benignus eius
Tunc convocata turba cum discipulis ait · Si quis vult venire post me abne
get semetipsum et tollat crucem suam et sequatur me · Crux de transfiguratione
per martirium per mortificationem carnis · per passionem christi · [illegible]

Et post dies sex assumpsit petrum et iacobum et iohannem fratrem eius et duxit
eos in montem thabor excelsum seorsum ut ostenderet eis [illegible]
dicit dies viii · cum diem in quo predixit quosdam de suis visuros · Marchus
retinuit gloriam regni et illum in quo viderunt connumeravit · [illegible]
et marcus sex medios dies tantum ponentes · Et nota quod matheus [illegible]
iacobum fratrem iohannis · Augustinus super epistolam ad galathas scribit iacobum [illegible]
transfiguracioni domini · cum ambrosius videtur conserere super lucam [illegible]
Quod prius [illegible] solum asscendit · Et factum est dum oraret transfiguratus est
ante eos et facies eius resplenduit sicut sol et vestimenta eius facta sunt alba
sicut nix qualia non potest facere fullo super terram · Et apparuerunt illis moyses
et helyas loquentes cum eo de excessu quem completurus erat in iherusalem
morte eius · Et ait petrus · Domine : bonum est nos hic esse · si vis faciamus hic
tria tabernacula · tibi unum · moysi unum · et helye unum · Et facta est [illegible]
nube · Hic est filius meus dilectus · ipsum audite · Cecidit timore · Et descendentes
discipuli · tetigit eos ihesus et ait · Surgite nolite timere · [illegible]
